PHARMACOPOEIAS: Ferrara

GRP
23/2/53

PHARMACOPEÆ FERRARIENSIS PRODROMVS

Seù determinationes, & Animadverſiones circa plurium medicamentorum compoſitionem,

HABITÆ

A' FRAN:CO MARIA NIGRISOLO

FERRARIENSI,

Philoſophię, & Medicinę Doctore,

AC IN PATRIA UNIVERSITATE LECTORE PRIMARIO, ET AB EODEM TRADITÆ

PHARMACOPEIS FERRARIENSIBUS,

Ea occaſione, qua

In primo Quadrimeſtri Anni 1723.


Uti Prior Almi Medicorum Ferrarienſium Collegij Pharmacopolia, intrà Civitatem poſita, viſitavit.



FERRARIÆ, ex Typographia Bernardini Barberij.
SUPERIORUM PERMISSU.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY





ILLUSTRISSIMO DOMINO

D. Co: Jacobo de Nigrellis Sapient. Judici

Nec non Illuſtriſſimis Magiſtratus Sapientibus.

D. Franciſco Farrio I. U. D.
D. Ant. Mar. Bonono Ph. & Med. Doct.
D. Pet. Dom. Voltolina Ph. & Med. Doct.
D. Franciſco Agnella I. V. D.
D. Joſeph Ruſca I. V. D.
D. Herculi Siverio
D. Hippolyto Venetico
D. Dominico Barberio
D. Carlo Ambroſiono.

Salutem, & fęlicitatem.



Rivatorum Hominum cum multa ſint offitia, Illuſtriſsimi Domini, *Magiſtratuum, atque magnatum illud eſt ſolùm, ac pręclarum, tueri, & prodeſſe quàmplurimis, ut ſervent, & ornent multos, qui multis ſunt profuturi, & ſoli eſſe non poſſunt. Reſtat*

ut

ut digna in homine inveniatur materies, cui tantæ beneficentia conveniat. Si ad mè ſanè occulos convertam, nihil dignum duco, cui gratia ulla elargiatur: quapropter vacuis manibus ad' Vos, Illuſtriſſimi Viri, accedere, nequivi, ut gratia aliquæ dignus efficerer, Opus hoc à præclariſſimo, veſtri famatiſſimi Lycei Primario Lectore elaboratum, ad hominum ſanitatem tuendam, typis meis evulgavi, nec illud niſi tàm eximio Magiſtratui dicare, decrevi, cui publica ſalus, in rebus ad gubernium ſpectantibus municipale, cordi eſt. Ideò eximij noſtri Archiatri Franciſci Mariæ Nigriſoli vobis, & univerſo litterario orbi ſatìs noti, laborem, à mè Vobis oblatum, intueri, vos enixè oro, & obteſtor, non oblatorem, qui nihil in sè habet, cui ſit benevolentia veſtra impertienda, niſi hoc, nempè quod Patriæ ſuę litteratis Viris, ſtudeat, obſequi characterum ſuorum labore, & induſtria. Scio Vos plurimùm admirationis ex mea audacia ſuſcepturos eſſe, qui cum nullo unquàm vobis, niſi famulatus offitio devinctus fuerim, auſus ſim, ad Vos, rè aliena ditatus, accedere, ut illam à mè accipiatis. Sed in benignitate veſtra ſperandum duco, & quod tenuitas mea ex ſe præſtare, nequiverat, id alterius ope facere, exardeſcat. Suſcipite igitur Illuſtriſſimi Viri hilari fronte, munus, Reipublicæ utiliſſimum, ab inutili famulo veſtro,

& do-

& doni rationem habendo, hoc tantum donatorè impertiri, dignemini, ut à vestro illa benigno, ac sereno aspectù, ad maiora excitentur, atquè accendantur. Valete Patriæ nostræ prçsidium, & decus.

Ferrarię 15. Novembris 1725.

Humiliss. & Obsequentiss. Famulus
Bernardinus Barberius Typographus.



Spectabiles, atque pręſtantes Artis Pharmaceuticæ Proceres.



E promovendis artis veſtrę incrementis, eiuſdemque augendis dignitate, atque decore, iàm diù ſollicitus fui, *Spectabiles, atquè Pręſtantes Viri;* cum enim cordi mihi ſemper fuerit, Spartam, quam nactus ſum, exornare, ad hoc conſequendum, plurimùm conferre, poſſe, ſum arbitratus, plurimùmque, aſſerendæ rei medicę dignitati, opportunũ, ſi veſtri nominis indemnitati, veſtrę artis decori conſulerem, nonnulla ſcilicèt ab illa removere, tentarem, quę eidem notam aliquam inurrere, poſſe, videbantur, & apud ignarum vulgum minùs ęſtimabilem reddere; & ęqui-

dèm Artem Pharmaceuticam ſemper ſum arbitratus, plurimùm à Medicis eſſe æſtimandam, doctoſque eiuſdem Profeſſores à Medicis ſemper in prætio habendos eſſe, putavi, quandò Ars Pharmaceutica illa eſt, quæ auxiliares Medicinę porrigit manus, cuius ſubſidijs viget illa Medicinæ pars, quæ morborum curationem aggreditur; plurimam igitur, artis pharmaceuticæ ad Terapeuticam Utilitatem, atquè neceſſitatem animadvertentes Principes in Medicina Viri, illam colere, & exercere, & pharmacis componendis, manum admovere, non ſunt dedignati; *& licèt Medicì antiqui*, dicebat Paulus Renealmus in præfatione ſuarum obſervationum, *ſervos admiſerint, in radicibus evellendis, cataplaſmatis admovendis, clyſteribus inijciendis, numquàm tamèn delectui medicamentorum aciem intendere, eorumque compoſitioni manum admovere, ſunt dedignati*, & potiſſimùm priſci illi Medici Archigenes, Appollonius, Crito, ipſo notante Galeno, quìn' Galenus ipſe, ſi non omnibus, potioribus tamèn, ac præſtantioribus pharmacis componendis, manum admovere, non recuſarunt, quìn' de multis narrant, etiam de ipſo Ariſtotele, qui Medicinæ operam dabat, antequàm Philoſophorum princeps evaderet, quod ſinguli ſua habebant pharmacopolia, plurimis pharmacis inſtructa, atque referta, quæ omnia, vel ipſi propria manu compoſuerant, vel ſaltèm oculorum, & mentis aciem eorundem compoſitioni intenderant; & æquidèm, licèt procedente tempore, oneroſa nimìs ſuis profeſſoribus facta Medicina, non ampliùs Medici pharmacis componendis manum extenderent, tradita nimirùm prudentibus, atque expertis Viris huiuſmodi provincia, (undè poſteà ars pharmaceutica ſuos habuit ortus] adhùc tamèn plurimùm ipſis, non ultima hæc medi-

cinæ

cinæ pars cordi fuit, nunquàmvè eiusdem neglexere culturam, sed toti semper fuerunt in eadem exornanda, & amplificanda, illamque ad summum illum apicem, in quo nunc est, perducere, maximo labore, ac studio conati sunt, ex his alij, simplicium medicacamentorum habito diligenti examine, explorata natura, expensis dotibus, & facultatibus, quommodò deindè in ijsdem eligendis, colligendis, & asservandis Pharmacopei se gerere, debeant, scriptis mandarunt, alij qua arte, quo studio, quibus cautionibus, ad cōpositorum medicamentorum pręparationem, deveniendum sit, & quommodò in pharmacis componendis, sit procedendum, doctis de hac re æditis voluminibus, demonstrarunt: innumera de hac re famatissimorum Medicorum extant volumina, quibus utilissimam, hanc, ac pręstantissimam medicinæ practicæ partem exornarunt, & illustrarunt, utquè illos pretaream Medicinæ Principes, tàm Grçcos, quàm Arabes, Archigenem scilicèt, Galenum, Dioscoridem, Mesuem, Avicennam, Aetium, quibus artis pharmaceuticæ decora, & incrementa plurimùm cordi fuere, referam solummodò præclara duo illa Medicorum Ferrariensium lumina, Antonium Musam Brasavolam, & Ioannem Manardum, quorum ille nullam intactam reliquit rei pharmaceuticæ partem, quam non illustraret, alter non minori labore, ac studio à sentibus, ac vepribus illam liberare, tentavit. Sed quid longiùs immoror, omni tempore, omni ęvo Medici famatissimi hanc susceperunt provinciam, & rem pharmaceuticam suis scriptis, suis observationibus, atque pręceptis illustrare, perficere, & exornare, tentarunt; ità sanè Iacobus Silvius, Ioannes Fernellius, Rondeletius, Fuxius, Vecherus, Foesius, utque prætaream Calestanum, Bor-

garuccium, Lobelium, Offmanos, & Schroderũ, non nullos solummodò feram, qui labente, superiori sęculo ad hanc mefsem suam apposuerunt falcem, inter quos eminent Petrus Morellus, Daniel Lodovici, Zuvelferus, Hieremias Bartius, & nostris hisce temporibus duo illi Parisienses rei pharmaceuticæ Magistri, Nicolaus Lemmerì, & Moses Charas, sed quid imoror, in recensendis perdoctis Viris, qui rem pharmaceuticam suis scriptis omni ęvo illustrarunt, vobis enim vel fama noti sunt, vel eorum scripta vestris terruntur manibus, illorumque plurimos in vestris componendis pharmacis duces ellegitis, illud solummodò repetam, quod ars pharmaceutica plurimùm à Medicis est æstimanda, plurimùmque faciendi docti eiusdem Professores, utporè quia ipsis secretiora Medicinæ mysteria tradita sunt custodienda, & docti Pharmacopei auxiliares Medicinæ practicæ porrigunt manus; acuratiori enim, & diligenti magìs facta per ipsos medicamentorum præparatione, maiorique adhibita in ipsis componendis dexteritate, in causa sunt, quod fęliciores succedant morborum curationes, & meliori fato medicorum conatus succedant. Etsanè floruerunt omni tempore in hac vestra arte viri sapientes, & docti, quorum scriptis, & quorum elucubrationibus plurimùm illustrata fuit res medica, & praxis potissimùm pręstantioribus locupletata remedijs: viget adhùc apud Augustanos D. Georgij Melichij memoria, Venetijs Alberti Stechini, & Antonij de Sgobijs, apud Neapolitanos Josephi Donzelli illustre nomen, quemadmodùm apud nos superstes adhùc est D. Valerij Botticini memoria, ob plurimam, non solum in re pharmaceutica peritiam, & summam in pharmacis componendis dexteritatem, & elegantiam,

verùm

verùm etiam ob plurima alia ſcientiarum, diſciplinarumque decora, & ornamenta, & præcipuè plurium linguarum, & hebraicæ potiſſimùm, poſſeſſionem, cuius hodiè inſiſtit veſtigijs, & parentis optimi emulatur virtutem D. Auguſtinus Filius, ità pariter inter Venetæ Urbis illuſtres pharmacopeos eminet hodiè, & veluti inter ignes Luna minores reſplendet D. Joannes Hyeronymus Zanichellus, qui doctis evulgatis lucubrationibus rem medicam non ſolùm, ſed etiam naturalem ſcientiam auxit, & illuſtravit, ità pariter Hyacintus Ceſtonus florebat Liburni, circà finem retroacti ſæculi, cui debentur plurimæ ex illis obſervationibus, quibus hiſtoriam naturalem auxit, & illuſtravit celeberrimus Franciſcus Redius.

Optima ratione igitur à ſapientibus, & doctis Medicis res pharmaceutica ſemper in prętio habita fuit, illamque ſuis ſcriptis, ſuiſque elucubrationibus exornare, & illuſtrare, conati ſunt; quod cùm animadverterem, & ipſe, licèt non ille ſim, qui docti, & ſapientis medici titulum mihi arrogare, velim, nequè inter Medicos, fama illuſtres, recenſeri, prætendam, aliquod tamèn conferre veſtræ artis decori, & ornamento iàm diù in animo habui, & hòc pręcipuè altiùs meę menti fuerat infixum, ex quò à pręclariſſimis, ac præſtantiſſimis Almi noſtri Ferrarienſis Collegij patribus mihi, unà cum famatiſſimo Viro Dño Hieronymo Agnella, uſque ab anno 1698. provincia demandata fuit, Pharmacopeę Ferrarienſis componendæ, adhibita in ardua hac re etiam D. Valerij Botticini, Viri tunc temporis inter vos, uti dicebam, eximij, opera, & conſilio, in quo munere poſteà componendæ Ferrarienſis Pharmacopeę, poſtquàm è vivis exceſſit, magna apud nos rei medicę iactura, D. Hierony-

ronymus Agnella, suffectus ab ijsdem Almi Collegij patribus fuit D. Hyacinthus Agnella, eiusdem Hieronymi filius, in quo renatas veneramur optimi parentis virtutes, & ab ipso eiusdem Hieronymi, in praxi medica exercenda, æquatam fælicitatem, & famam. Cum hæc igitur animo agitarem, nunquàm enim componendæ Pharmacopeę Ferrariensi manum admovere, datum fuit reluctantibus, plurimis, & assiduis praxis laboriosę occupationibus, opportuna tandèm mihi se offert occasio, qua meis votis satisfacere, possim; cùm enim circà initium anni proximè elapsi 1723. extractus fuerim Prior Almi Collegij, ac indè circà mensem Aprilis eiusdem anni, ut meo muneri satisfacerem, visitaverim omnia vestra Pharmacopolia, eadem quidèm inveni omnibus tùm simplicibus, tùm compositis medicamentis abundè satis plena, atque referta, & quòad simplicia medicamenta, omnia inveni optimæ notæ, recenter collecta, & diligenter custodita; quoad composita verò, omnia diligenter, & ex arte præparata. Occurrebant tamèn nonnulla, quæ (sanè temporum iniuria) in vestram artem irrepserant, quæ corrigere, removere, & tamquàm tribulos, carduos, & lappas in pulcherrimo, & tot utilium medicamentorum fertili campo succrescentes, evellere, & extirpare, necessarium mihi videbatur, nè fortasse ibidem tractù temporis *infelix Lolium, & steriles dominentur avenæ.* Ut igitur meo muneri satisfacerem, & vestrę artis decori, ac dignitati, publicæque meorum Concivium utilitati consulerem, hasce scripsi, & exaravi determinationes, & observationes, circà plurium medicamentorum prǽparationem, atquè compositionem, illasque custodiendas, & adimplendas vobis nunc trado; ex hisce enim spero, non exiguum accessurum arti vestræ decorem,

rem, non mediocrem recenter initiatis utilitatem, omnibusque Civibus, prò sanitate tuenda, & morbis profligandis, non leve subsidium, vos illas æquo animo suscipite, illasque in pharmacis componendis præ oculis habeatis, & habeant potissimùm iuniores, minùsque periti Pharmacopei, meisque æquo animo auscultent, quæ in hisce determinationibus traduntur, præceptis; nequè enim dubito, quin' mihi prò accepto beneficio gratias habeant, & meam ergà vestram artem, vosque ipsos fateantur benevolentiam, & affectionem, vos interim, *Spectabiles, ac Præstantes Viri*, quod maximum mihi erit grati animi vèstri monumentum, me amare pergite, tantùm sibi à vobis promittit.

Franciscus Maria Nigrisolus Almi Medicorum Ferrariensium Collegij Prior, & in tota Ferrariensi Ditione Prothomedicus.



Socra-

Socrates apud Xenophontem Libro ſecundo.

VIx, aut nè vix quidèm ullum reperiri, poteſt, opus, in quo non aliquid culpetur, ut enim omninò perfectè, & ſine errato quidquam facere, difficilè eſt, ſic contrà quoque, etiàm ſi quid rectè factum fuerit, difficile eſt, in imperitum pariter, ac iniquum non incidere iudicem.



I.

PErantiqua, & ſolemnis famatiſſimi Medicorum Ferrarienſium Collegij conſuetudo fuit, ad noſtra hæc uſquè derivata tēpora, quod quot' annis viſitentur Pharmacopolia intrà Civitatem poſita, ibidèmque, omnium ſimplicium medicamentorum non ſolum, verum etiam compoſitorum accuratum ſuſcipiatur examen. Et licet unuſquiſque eiuſdem almi Collegij Prior, tempore ſui prioratus, poſſit, eadem pharmacopolia viſitare, viſitationis tamèn munus potiſſimùm ad illum Priorem ſpectat, qui in primo anni quadrimeſtri extrahitur; communi enim omnium patrum voto, in Statutorum reformatione, habita anno 1680., ſancitum fuit, quod Prior, electus in primo cuiuſque anni quadrimeſtri, viſitationes faciat, & quod aſſumptis duobus Doctoribus de corpore Collegij, illiſque ſocijs adhibitis, interveniente etiam ſpectabilis artis Pharmacopeorum Maſſario, vel Syndico, accuratum examen ſuſcipiat omnium medicamentorum, tùm ſimſimplicium, tùm compoſitorum, quæ in pharmacopolis proſtant, & aſſervantur, & præſertìm illorum ſimplicium medicamentorum, quæ in maiori prætio, & frequentiori uſu ſunt, ſeù quia maioris activitatis, & maioris efficatiæ exiſtimantur, in edomandis contumacioribus morbis, ſeù quia nobiliores, & magis ſenſibiles præſtant, in curandis morbis, effectus, ſeù tandèm quia ex ipſis prçcipua, & communiter magis uſitata, componuntur remedia; Et non debet Prior,

cum assumptis socijs, inquirere solummodò, & examinare simplicia illa medicamenta, quæ nostro sub cęlo, & in nostris regionibus ennascuntur, *quæ sola*, dicebat Plinius, *naturę placuerat, esse remedia, parata vulgo, inventù facilia, & sine impendio*, de quibus inquiri, debet, an' fuerint recenter, suisque temporibus collecta, an' fuerint à suis sordibus convenienter expurgata, diligenter asservata, & custodita, sed illa prætereà simplicia medicamenta debent, ad examen revocari, quæ à rubro mari petuntur, & Indiæ, vel Arabiæ sunt merces, circà quę pariter, sivè è regno vegetabili, sivè animali, sivè tandem è minerali fuerint quæsita, inquirere, debet Prior cum socijs, undè nàm fuerint adducta, an' longo sint itinere fatigata, & viribus destituta, an' intrà mercatorum tabernas senio confecta, illudque potissimùm, quod advertant, opportet, an' perditorum quorundam hominum fraudibus fuerint adulterata, quemadmodùm postremis hisce diebus in radice Chinę factum vidimus, quod si fortasse alicubi talia occurrant, nequaquàm tolerari, debent, sed reici, & eici.

Ità pariter composita medicamenta debent, ad trutinam revocari, circà quę Prior, & socij debent, potissimùm animadvertere, quibus in ijsdem componendis utantur receptis Pharmacopei, quos sequantur auctores, quas habeant pharmacopeas, quæ antidotaria: debent prætereà, animadvertere, an' sint ex arte elaborata, an' recenter, an' à longo tempore pręparata, & composita, an' debito odore, colore, & sapore sint prędita, an' debitam habeant consistentiam, an' potiùs nimia difluant humiditate, tandèm cavendum, ne sint recocta, nevè situm, aut acorem contraxerint, quod si talia alicubi invenirentur, sunt pariter reicienda, & abijcienda, nulloque modo permittenda, neque etiam specioso titulo, vt in pauperes gratìs errogentur.

Cum igitur in primo quadrimestri decursi anni 1721. Prior extractus fuerim, statim meo muneri satisfacere, & Almi Collegij sanctiones, quibus lubentissimè, & cum maxima omnium patrum veneratione, me submitto, adimplere in animo habui, & pharmacopolia visitare, decrevi. Michi igitur adiunctis socijs pręclarissimis Viris, omni virtutum genere ornatissimis, & potissimùm Philosophiæ, ac Medicinę

studijs

ſtudijs præſtantiſſimùs D. Doctore Dominico Mazzarello, & D. Doctore Carolo Ignatio Serena, interveniente pręſtanti viro D. Auguſtino Botticinio, ſpectabilis artis Pharmacopeorum Maſſario, die decima menſis Martij, viſitationes incępi, cumque iàm circà principium Aprilis omnia viſitaverim pharmacopolia, omnia inveni tùm ſimplicibus medicamentis, tùm compoſitis abundè inſtructa, & proviſa, factoque ubique diligenti examine omnium medicamentorum, ubique inventa fuerunt omnia, ſimplicia quod attinet, optimę conditionis, & notæ, nullibi exſucca, nullibi pulveroſa, nullibi blatis, & tineis devaſtata, reſpectù verò ad compoſita, ſivè ab ipſis in ſuis officinis pręparata fuerint, ſivè è Chimicorum laboratorijs quæſita, omnia inventa fuerunt ex arte, & diligenter pręparata, nullibi occurrebat, quod malitiam proderet, vel inſcitiam, nichilque quod reiciendum, atque damnandum putaverint D. Doctor Dominicus Mazzarellus, & D. Doctor Carolus Ignatius Serena ſocij, approbante pariter omnia, & laudante D. Auguſtino Botticino Maſſario, viro ſanè, non ſolum ob plurimam, quam habet in ſua arte pertitiam, & in pharmacis componendis dexteritatem,& elegantiam, verùm etiam ob plurimam in lingua hebraica *peritiam*, multa lauda digno, hinc annis proximè elapſis librorum lingua hebraicę reviſor prò Sancto Officio electus fuit, eodemque etiam hodiè fungitur munere.

Non ideò tamèn muneri meo, aùt Almi Collegij ſanctionibus ſufficienter ſatisfactum eſſe, putavi, niſi pariter circà nonnulla, quæ maximi momenti mihi videntur, animadverterem, nonnulloſque abuſus corrigerem, qui ſenſim in pharmacopolijs irrepſere; irrepſere enim recurrentibus annis in arte pharmaceutica, ſivè in cauſa fuerit aucta nimium, paucis ab hinc annis, ſuppellex medica, ſive variata plurimùm medendi methodus, & mutatus exindè remediorum uſus, nonnulli, errores an'dicam neſcio, an' potiùs abuſus, qui cum magni momenti ſint, illos removere, & emendare, utile admodùm futurum eſſe arbitror, plurimùmque conferre, poſſe artis medicę decori, & dignitati, ægrorum in columitati, & Pharmacopeorum indemnitati; ideò eadem quantùm per me eſſet, removere, ac emendare, decrevi. Et quoniam inter abuſus, dicam etiam inconvenientia, quibus

prospicere, quæque emendare, necessarium existimo, occurrit primò, quod hodiè adhùc in pharmacopolijs pręparantur & in caspulis, & pixidibus reconduntur plurima pharmaca, syrupi scilicèt, electuaria, pillulæ, aliaque huiusmodi, quę iàm in desuetudinem abierunt, illorumque usus iàm pænè obsolevit, & alia, quę vel nunquàm, vel rarissimè à practicis pręscribuntur, & ordinantur, ex quo sequitur, quod sint inutilia prorsùs pharmacopoliorum onera, vel ornamenta, dispendiosa pharmacopeis, minimè ęgris proficua, cum enim consenescant in vasis, in quibus diutiùs intacta remanent, temporis tractù suas amittunt vires, & facultates, vndè postea si aliquandò in usum ducenda sint, nullum afferunt ægris levamen, nullum laudabilem præstant effectum. Necessarium igitur duxi, annuentibus D. Mazzarello, & D. Serena socijs, facta electione remediorum, quę magis in usù sunt, & passim à practicis in usum ducuntur, pharmacopeis præcipere, quod illa tantùm retineant, ac præparata habeant, reliquis neglectis, & abrogatis, Quę igitur medicamenta debeant imposterùm, componere, & præparare pharmacopei, & quæ pręparata, & composita in pharmacopolijs asservare, & retinere, teneantur, erunt descripta in Tabula tertia, ubi habentur indices omnium medicamentorum compositorum, quæ in pharmacopolijs, hic Ferrarię, totaque Ferrariensi ditione prostare, debent, salva tamèn ipsis pharmacopeis facultate, quod si alia præparata habere, velint, eadem habeant; illud solummodò ijsdem inculcamus, quod restricto medicamentorum componendorum numero, diminutaque tanta illa syruporum, pillularum, & electuariorum farragine, in reliquis pręparandis, & componendis plurimo utantur studio, attenti plurimùm, & diligentes sint, & potissimùm prò illorum compositione, meliora semper, & perfectiora eligant simplicia, & in ijsdem triturandis, contundendis, miscendis, ebuliendis, & concoquendis, eo modo procedant, & ordine, quo à magistris suis edocti sunt, & illa præsertìm utantur graduatione, qua sapientiores magistri artis uti, consueverunt, & qua utendum esse, docebant; uno verbo, dextera illa utantur componendi ratione, quam ab artis magistris acceptam singuli habent: Si percurramus igitur quamcumque medicamentorum, seù remediorum classem, syrupos scilicèt, electuaria,

ctuaria, pilulas, trochiſcos, & alia huiuſmodi, undique occurrunt plurima, quę licet olim fuerint in maximo uſu, hodiè tamèn in deſuetudinem ſunt, & abrogata, vel quia fortaſsè exiſtimantur parùm concinè præparata, & nimia ingredientium farragine conſarcinata, undè vel nullius uſus, vel indubij effectus ſunt, vel quia ijſdem meliora, aptiora, & iucundiora, utpotè ſimpliciora, fuerunt ſubſtituta, occurrunt etiam plurima, quæ reformari, debent, quæ igitur cõpoſita medicamenta ſint retinenda, quæ abroganda, quæ reformanda, examinabimus in hac prima huiuſmodi animadverſionum parte, & à ſyruporum claſſe exordiemur; undè ſit.

CLASSIS PRIMA

DE SYRUPIS.

IN dubium revocari, minimè poteſt, quin' in Pharmacopolijs plurimi ſyrupi hùc uſque præparati fuerint, qui ſunt prorsùs inutiles, cum iàm in deſuetudinem venerint, neque à practicis ampliùs præſcribantur; ab his igitur præparandis, ac componendis impoſterùm pharmacopei ſe abſtineant; ſyrupi autem, qui hodié potiſſimùm inutiliter pręparantur, ſunt ſyrupi ex herbarum ſuccis, & ſaccharo compoſiti, ſyrupi ſcilicet de Cicorea, de Endivia, de Boragine, de Acetoſa, & alij huiuſce cenſus, qui prorsùs hodiè obſoleti ſunt, & reiecti, á nonnullis fortaſſe propter nimiam repugnantiam, & averſionem, quam habent ſaccharo, & rebus ſaccharatis, à quibus peiùs, quàm ab angue, cavendum eſſe, ægrotis ſuis ſuadent, ab alijs, meliori ſanè ratione, quia herbarum ſuccj depurati plurimo in usù ſunt, ijdemque in ſua puritate, & ſimplicitate exhibentur ægris, à quibus ſanè maiùs juvamen, & auxilium expectari, debet, quàm à ſyrupis, cum ijſdem ſuccis, & ſaccharo compóſitis; quod enim in ipſis exhibetur ęgris, eſt fæculentior ſucci portio ſaccharo involuta, & obruta, tenuior enim, & purior inter cocturam ſyrupi exalavit; & æquidèm ſi huiuſmodi ſyrupi ideò iuventi fuerunt, ut ipſi ſucci, illorumque vires, & facultates ſine ſitù, & corruptione in unum, vel alterum annum ſerva-

ſervari, poſſent, inutiliter præparantur, quandò nulla adeſt neceſſitas, conſervandi per annum huiuſmodi ſuccos; plerique enim illorum quolibet anni tempore preſtò eſſe, poſſunt, & prò varia ægrorum indigentia, ijſdem exhiberi, nequaquàm alterati, aùt viribus deſtituti. Quod ſi aliqui ex his nequeant, quolibet anni tempore haberi, recenter expreſſi, & extracti, undè neceſſeſit illos conſervare, ut quolibet anni tempore in promptù habeantur, non latet Pharmacopeos, quommodò diutiùs conſervari integris viribus, poſſint meliùs, quàm ſaccharo conditi. Prȩtereà aquȩ ex his ſuccis deſtillari, poſſunt, in quibus herbarum dotes, & facultates integræ remaneant, quod ſi delicatulis quibuſdam, placeat, abblandiri, illorumque gratificari palato, cui ſucci nauſeam moveant, hoc plurimis modis fieri poteſt, & ſi non alia ratione, brodijs, ijſdem herbis alteratis, exhibitis. Quoad ſyrupos ſimplices igitur, à plurimis præparandis ſe abſtineant imposterùm pharmacopei, & præcisè deſiſtant à prȩparandis, & componendis illis, qui hic recenſerunt, & ſunt ſyrupus *de Boragine*, *de Bulgoſſa*, *de Endivia*, *de Fumoterræ*, *de Lactuca*, *de Cicorea*, *de Lupulis*, & alij huiuſmodi. Quod autèm ad ſyrupos compoſitos ſpectat, cum ex his etiam plurimi in deſuetudinem venerint, & aboliti ſint, non quia ſimpliciter oneroſi ſint ſthomaco, & nauſeam moveant, uti prȩtendunt nonnulli, ſed quia, ut plurimùm, in ipſis tanta eſt ingredientium copia, ac multitudo, tanta rerum farragine ſunt conſarcinati, ut dubium, ac incertum ſit, quas vires, & facultates poſſideant, cui uſui ſint opportuni; non raró enim ingredientium vires, & facultates ſibi iuvicem contrariæ ſunt, & oppoſitȩ, ut prorsùs ignoretur, quænam ex tanta diſconvenientium rerum commixtione reſultet facultatum temperies, & per conſequens quænam ſint medicamenti dotes; hinc ex his plurimi reiecti, alij verò reformati, & ad ſimpliciorem compoſitionem à doctis viris redacti fuerunt. Dolebat, nec immeritò, Zuvelferus, in animadverſionibus ad pharmacopeam Auguſtanam, quod in plurium ſyruporum compoſitione, *abiecta, aùt tenui vapore expulſa parte potiori, deteriori nos ſaturemus, ſicque nucleos abijciamus, putaminibus contenti*; in longa enim ſyruporum coctione, ſi quȩ aromatica, odorata, & tenuium partium ſint, diſſipantur, avolant,

avolant, evaporant, undè medicamentum potioribus ſuis viribus deſtituitur. Dolebat pariter Vualeus in ſua methodo medendi, & accuſabat, in quorundam Medicamentorum cōpoſitione, nauſeabundam illam, & ut ipſe appellat, *Theriacalem*, variorum ſimplicium commixtionem, & Petrus Poterus tria tantùm, vel quattuor ſimplicia ad compoſitionem alicuius medicamenti admittebat, quibus dicebat Brunerus, plerùmque plùs effici, ſolet, quàm ſi univerſa materia Medica Dioſcoridis ægroto exhiberetur. Quos ſyrupos, tùm ſimplices, tùm compoſitos impoſterùm præparare, debeant, atque componere Pharmacopei, quoſque compoſitos retinere, alijs interim relictis, & reiectis, notatur in primo Indice Tabulæ tertiæ.

. Notandum tamèn, quod plurimi alij ſyrupi à recentibus practicis fuerunt excogitati, et inventi, quorum aliqui, licèt in indice ſyruporum referantur, adhùc tamèn non eſt neceſſè, quod præparatos habeant Pharmacopei; cum enim ad particularem quorundam morborum curationem ſpecifici, ſaltem multæ efficaciæ exiſtimentur, ideò ijſdem utendi neceſſitas, et opportunitas, non adeò fræquenter occurit; cùm igitur nequeant diutiùs conſervari intacti, et viribus integri, niſi fortaſsè vellimus longiori nimis ebulitione æffetos illos, et inutiles reddere, ideò huiuſmodi ſyrupos tantùm prò iuſsù Medici, qui illis uti velit, et iuxtà eiuſdem pręſcriptionem componere, debent, & præparare; maioris enim efficaciæ, & ſecurioris effectus erunt, ſi recenter compoſiti fuerint, de his tamen alibi erit ſermo, & nonnullorum particularis conſideratio habebitur in ſecunda parte huiuſmodi animadverſionum, quemadmodùm etiam Tabula 3. dabitur illorum Cathalogus.

Circà compoſitionem, & pręparationem ſyruporum, qui in Indice primò tertiæ Tabulæ deſcripti ſunt, non nulla occurrunt, de quibus novitios in arte pharmaceutica iuvenes admonitos facere, neceſſarium exiſtimo; præmittendum tamèn primo, quod ſyrupi, quorum inventum potiùs Arabibus, quam Grecis debemus, ſunt liquida medicamenta, non omninò tamèn diluta, et aquoſa, ex herbarum ſuccis infuſionibus, decoctionibus, vel aquis cum melle, vel ſacharo compoſita, & ad iuſtam conſiſtentiam cocta, inventa, uti

ſupe-

ſuperiùs dicebam, partim, ut ſimplicium medicamentorum, & vegetabilium potiſſimum virtutes diutiùs integræ, & ſine corruptione ſervari, poſſent, partìm etiam, ut gratificaretur ægrotantium palato, & iucundior eſſet remediorum exhibitio. Quibus præmiſſis, nonnullos ex deſcriptis in cathalogo ſyrupos, conſiderare, in illorum compoſitionem, atque præparationem inquirere, & nonnullas circà illos animadverſiones afferre, opportunum exiſtimo; & primò á ſyrupo de Abſcinthio incipiemus.

Syrupus de Abſcinthio. Varia eſt ſyrupi de Abſcinthio in pharmacopolijs præparatio, varia eiuſdem in pharmacopeis deſcriptio; alius enim eſt ſyrupus de Abſcinthio ſimplex, alius ſyrupus de Abſcinthio compoſitus: hic dicitur etiam ſyrupus de Abſcinthio maior, ille ſyrupus de Abſcinthio minor. Syrupus de Abſcinthio maior, ſeù compoſitus, qui inſuavìs eſt, & parum guſtui gratus, componitur tali modo.

R. Summitatum Abſcinthij maioris ſiccatar. lib. s.
Roſarum rubear: un. ij.
Vini albi veteris odoriferi)
Succi Citoniorum.) an: lib. ij. s.

Omnia ſimul permixta ſtent in maceratione in vaſe optimè clauſo, per horas xxjv., deindè buliant lento igne, ad conſumptionem medietatis, & facta colatura, poſt' aliquam reſidentiam.

R. dictam colaturam
Sachari, vel mellis q: s.,
Et fiat s. à ſyrupus.

Dixi, prò componendis ſyrupis, meliùs eſſe, ſacharo, quàm melle uti; prætereà dixi, hunc ſyrupum inſuavem eſſe, & parum guſtui gratum, ut igitur minùs inſuavis ſit, minùſque ingratus, uti debent Pharmacopei loco Abſcinthi exſiccati, Abſcinthio recenti, et Nardi indici loco, uti debent Cinamomo. Nonnulli ad augendam Abſcinthij activitatem, quam ex ebulitione, evolantibus ſcilicèt activioribus particulis, ennervari, prætendunt, addunt tincturam Abſcinthij, dùm refrigeratur ſyrupus: addunt alis eſſentiam Abſcinthij ſacharo diſſolutam.

Non improbamus hunc ſyrupum, illi tamen præferendum putamus ſyrupum de Abſcinthio ſimplicem, ſeum minorem,
hunc-

huncque à Pharmacopeis pręparari, volumus. Circà cuius pręparationem animadvertant, quod Abſcinthio romano, ſeù maiori recenti, non exſicato, utendum eſt, & ſacharo loco mellis. Abſcinthium igitur colligatur à planta, dùm illa in ſuo vigore eſt, & minutìm incidatur, priùſquùm infundatur. Syrupus de Abſcinthio ſimplex, ſeù minor impoſterùm pręparari, debet, pròut deſcribitur Tabula prima n. 1. cui ſyrupo, ut efficacię maioris ſit, laudo, quod immiſceatur eſſentia Abſcinthij, ſacharo diſſoluta, dùm refrigeratur.

Hodiè parùm in usu eſt huiuſmodi ſyrupus, quandò ęquè benè pręſtant omnes ſyrupi effectus, in roborando ventriculo, & emuudando à ſuis ſordibus, & ſcorijs epate, & vaſis colidochis, vinum Abſcinthio medicatum,& in prima menſa aſsumptum, vel ſal Abſcintij ad ſcrupulos ij, vel drachmam s. immediatè antè cibum in brodio aſſumptum. Nonnulli pręparant Abſcinthij pontici folia ad modum Thè, ipſis enim affundunt aquam ferventem in vaſe optimè clauſo, aquam poſteà, addito modico ſacchari, tepidam aſsumunt: alij extemporaneum Aſcinthij pontici ſyrupum præparant tali pacto.

Accipiunt libram unam vini generoſi, in quo per horas XXIIII. Abſcintium ponticum fuerit infuſum, & addita ſachari fini lib. I., & modico aquæ Cinamomi, exagitant omnia, donec ſacharum fuerit omnimodè liquatum, & ſolutum.

Componebam olim Oximel de Abſcinthio, illoque cum maximo ægrotantium profectù, uti conſueveram, deſcriptio habetur Tab. prima num. 2.

Syrupus acetoſus ſimplex. De Acetoſitate Citri. De Acetoſitate Limonũ. Antidotarium Bononienſe. Pharmacopea Auguſtana.

De ſyrupo acetoſo ſimplici, de acetoſitate Citri, & de acetoſitate Limonum pauca occurrunt adnotanda. Circà ſyrupum tamen acetoſum ſimplicem, notandum, quod inutiliter eidem aquam admiſceri, prætendunt nonnulli; prò componendo enim huiuſmodi ſyrupo, accipiunt Pharmacopei ſachari clarificati lib. V., aquæ fontis lib. IIII., aceti lib. ij; videtur nonnullis igitur addita inutiliter aqua, quandò non apparet, inquiunt, in quem finem poſita ſit, nequè enim æſtimari, poteſt, quod ex additione aquæ, huic ſyrupo maiores vires ſint acceſſuræ, quìn' immò certum eſt, ex additione aquæ aceti vires enervari, quæ ulteriùs infringuntur ex longa, alioquin' neceſſaria, coctione, avolantibus ſpirituoſioribus aceti particulis; ſi enim ſyrupus ad debitam conſiſten-

 tiam

tiam coquendus eſt, tota aqua exalare, debet, & cum aqua ſpirituoſior aceti portio, ſed omnia hæc inconvenientia evitari, poſſunt, ſi præparetur huiuſmodi ſyrupus, proùt notatur Tabula prima num. 3., nàm ſi tali modo præparetur ſyrupus, integræ remanent aceti vires, nequè enervantur ex admixtione aquæ, nequè per longam ebulitionem diſſipantur.

Faciliorem modùm, præparandi ſyrupum acetoſum ſimplicem, proponit D. Lemmeri, ponantur, inquit, ſuprà patinam fictilem ſachari fini pulverizati partes duæ, aceti acerimi puri pars una, deindè patina ponatur ſuprà ignem, & quandò ſacharum liquatum fuerit deſpumetur, & coletur, & ſit ad uſum. Circà ſyrupum de acetoſitate Citri, vel Limonum, ambo enim præparantur eodem modo, notandum eſt, quod controvertitur, an' debeat præcedere aliqua coctura ſucci Citri, vel Limonum, antequàm adhibeatur, prò componendo ſyrupo. Negant nonnulli, ex eò quod acidus ſuccus Citri, & Limonum per cocturam aliquam aquirit rubedinem, undè poſteà ſyrupus nequè purus, nequè lucidus eſſe, poteſt; alij neceſſariam aliquam cocturam eſse, aſserunt, ut per illam partes phlegmaticæ, & inutiles ipſius ſucci conſumentur, & per conſequens gratior ſit ſyrupus, magis gratam ſcilicèt, habeat aciditatem; adhùc tamèn haberi, poterit, ſyrupus clarus, & limpidus, nulla facta ſucci coctura, ſi præparetur pròut notatur Tab. p. num. 4.

Syrupus de Althea Fernelij. Ob eximias ſuas dotes in maximo uſu eſt ſyrupus de Althea Fernelij, cum maximam efficaciam habeat, ad demulcendum urinæ ardorem, ad expurgandos blandè viſcidos, & lentos humores, veſcicę non ſolùm, & renibus impactos, ſed etiam pulmonum bronchijs, quin' etiam blandè viſcerum infimi ventris obſtructiones, & infarctus tollit: Licèt nullus dubitet de eiuſdem dotibus, & de eiuſdem utilitate, adhùc tamen eius compoſitio à nonnullis improbatur, & præcipuè Zuvelferus notat, quod radix altheę, quocumque modo coquatur, ſemper mucilaginem præbet viſcidiſſimam, quin' hoc idem faciunt ſumitates foliorum ipſius altheę, & Malvarum, quin' ipſa ſemina frigida, tùm maiora, tùm minora mucilaginoſa quodammodò ſunt, & oleoſa, undè eadem parum apta putat, ad conficiendum ſyrupum, nequè approbat, quod ad retinendam illorum mucilaginem in ſaculo coquantur

tur huiusmodi ingredientia, nàm mucilaginibus destituitur syrupus, quæ ideò necessariæ sunt, ut demulceant, & obtundant sales irritantes, & eorum spicula, hìs igitur destitutus suam non haberet efficaciam, & enervatæ plurimùm essent eiusdem vires, laudat ille potiùs, quod facta decoctione in aqua communi radicum, & foliorum, accipiantur uncię x. eiusdem decoctionis colatæ, & traiectæ, & cum seminibus fiat s. a. emulsio, quæ posteà edulcoretur sacharo, sed & hęc emulsio erit minùs grata, erit enim plurimùm mucilaginosa ipsa decoctio: Utor ego sæpissimè decoctione facta in brodio pulli, vel vituli cum pugillo huiusmodi ingredientium, cui prępmitto, vel pilularum de amoniaco Quercetani, vel pilularum de amoniaco meę descriptionis scrup. 1., vel drach. s., & sanè maxima cum assumentium utilitate, potissimùm ubi viscerum infarctus, & glandularum visciditates sint atenvandæ, diluendæ, & educendæ leviter; suos tamèn habet usus syrupus, ideò illum præparent, & præparatum ad usum servent Pharmacopei, & in decoctione radicum, herbarum, & seminum debitam servent graduationem, & animadvertant, quod si radices altheę parùm ebulierint, levi scilicèt ebulitione, nequè diutiùs infusæ in decoctione remaneant, mucilaginosa minimè erit decoctio; undè optimè prò syrupo componendo usurpari, poterit; cicerum, & seminum contusio præcedat, antequàm infundantur aquæ, quemadmodùm passularum à suis acinis emundatio, præparetur igitur huiusmodi syrupus, proùt indicatur Tab: p. num. 5.

Præparent prætereà etiam syrupum simplicem de Althea, qui & de ibisco dicitur, etenim & ipse suos habet usus, & frequenter admodùm usurpatur ad demulcendas faucium, asperæ arteriæ, & pulmonum asperitates. *Syrupus de Ibisco.*

Syrupus de Arthemisia, cuius habentur variæ descriptiones in antidotarijs, & pharmacopeis, potissimùm in antidotario Bononiensi, & in pharmacopea Augustana describitur, & descriptio desumpta est ex Matheo de Gradibus, in Comm: ad lib. 9. Rhasis, cap: de mensium suppresione. Hic syrupus plurimùm olim in usu fuit, ad aperiendas viscerum obstractiones, à crassis, & viscidis humoribus ortas, at tanta ingredientium farragine consarcinatur, ut dubium, ac incertum sit, quos præstet effectus, cum plurima ex ingredien- *Syrupus de Arthemisia.*

 tibus

tibus sint viribus inter se contraria, nequè colliment ad illum finem, ad quem ordinatus videtur syrupus. De hoc syrupo dicebat Plantius, quod in ipso multa continentur uterinis affectibus parùm apta, & inconsideratè confusa; & æquidèm incongruum videtur, tot simplicia simul congerere pro uno componendo syrupo; hunc igitur reformare, multi aggressi sunt, inter quos Fernelius, sed ad hùc in hoc reformato culpatur nimia ingredientium copia; simpliciorem syrupi de Arthemisia compositionem proponit D. Lemmeri, sed simpliciorem adhùc proponit Donzellus, & est, quæ habetur Tab. prima num. 7., & hic præparari, debet imposterùm à Pharmacopeis.

Syrupus de Cicorea cum Rhabarbaro.

In multo prætio, multaque existimatione est apud medicos syrupus de Cicorea cum Rhabarbaro, quo pafsìm utuntur in pueris, & præsertìm ad arcendos insultus epilepticos, in adultìs verò utuntur prò ictericis, ad epatis, & lienis obstructiones tollendas, & prò curandis ex indè ortis morbosis affectionibus. Plures habentur in antidotarijs eiusdem descriptiones: Prima, & prçcipua, quç etiam communior, desumpta est ex Nicolao Florentino; illam tamèn reprehendunt plurimi rei Pharmaceuticæ scriptores, inter quos D. Lemmeri, qui putat excludendos esse ab hoc syrupo Ordeum, & Lactucam; Ordeum, quia incrafsandi facultate, polet, undè malè ponitur in syrupo aperitivo, & qui vi penetrativa debet, esse præditus, lactuca, quia sua narcosi aliorum ingredientium vim activam habetare, potest: improbant alij liquiritiam, & Capillum Veneris, quæ cum pectoralia sint, minùs convenire, videntur in syrupo splenetico, & epatico: laudaret potiùs D. Lemmeri, addere loco Ordei, & lactucæ radices, & flores Cicorei, ut scilicèt syrupus omnibus totius plantç dotibus locupletetur, & potiori iure syrupus de Cicorea dici, possit. Utantur igitur Pharmacopei, in præparatione huiusce syrupi, recepta, quæ traditur Tab. prima num. 6., & loco lactucæ, & Ordei addant in infusione flores, & radices Cicorei silvestris, illudque animadvertant, quod superfluum est addere Spiccum Nardum prò correctione Rhabarbari, quandò Rhabarbarum innocuum, & innocens remedium est, nequè correctione indiget. Apud nonnullos Pharmacopeos mos est Rhabarbarum contusum, & sacculo invo-

involutum immittere intrà vas, dùm coquitur ſyrupus, facta interim ſæpiùs cum digitis ſacculi expreſſione, quod tandèm poſt cocturam ſyrupi extrahunt, ipſoque ſyrupo intrà vas repoſito, eidem denuò infundunt aliud Rhabarbarum, ſacculo involutum, neque ampliùs removeut, niſi vaſe evacuato: Doſis Rhabarbari apud ipſos eſt, ſemuncia prò qualibet libra decocti in primo ſacculo, drachmę duæ in ſecundo ſaculo, meliùs tamèn eſt, extrahere cum aqua Cicorei tincturam Rhabarbari, illamque in fine cocturę ſyrupo addere, itàut leviter tantùm buliat cum ipſo ſyrupo.

In ſyrupo de Epithimo plura reprehendit Zuvelferus, illumque vix reponendum eſse, ait, in claſse ſyruporum purgantium; cum ſpecies purgantes in exigua admodùm doſi eiuſdem ingrediantur compoſitionem, undè nequit, habere tantam efficaciam, quantam illi tribuunt, prò debellandis, & edomandis contumacioribus morbis, quales ſunt, Lepra, Cancrum, Pſora, Elephanthiaſis; illum poſteà abſque ratione, & ordine conflatum dicit, undè ſi illum componere, debeant, aliquorum medicorum in gratiam, Pharmacopei, augeant purgantium doſim, illumque proùt reformatus exhibetur Tab: prima num. 8. componant. *Syrupus de Epithimo reformatus.*

Tot habentur deſcriptiones, & formulæ componendi ſyrupum de Polipodio, ut neceſſarium ſit, determinare, quomodò ſe continere, debeant Pharmacopei in eodem præparando, & quam deſcriptionem, ſeù formulam ſequi. In antidotarioBononienſi tres habentur deſcriptiones ſyrupi de Polipodio: prima eſt ſyrupi de Polipodio, qui myrachinus dicitur, & eſt Gentilis de Fulgineo. Secunda eſt ſyrupi de Polipodio ſolutivi, quæ habetur ex Melichio, & Marinello. Tertia eſt pariter ſyrupi de Polipodio ſolutivi, quam nonnulli, alijs præferendam putant. Sgobbius addit quartam, deſumptam ex Auguſtanis, inter diverſas haſce deſcriptiones, eligenda mihci videtur, quæ eſt ſyrupi de Polipodio, qui *Mijrachinus* dicitur; hæc enim, utpotè ſimplicior, cæteris præferenda, videtur; augeri tamèn debet doſis Polipodij, ſaltem duplicari, & tunc verè habebimus ſyrupum de Polipodio, ſyrupum ſcilicèt, cuius baſis ſit Polipodium, & per conſequens optimos illos effectus producere, poterit, qui ſperantur à Polipodio. Placet, quod ſequantur hanc formulam *Syrupus de Polipodio.*

Phar-

Pharmacopei, quia illam pariter à noſtro Antonio Muſa Braſavolo approbatam fuiſse. Conſtat, hæc autèm formula habetur deſcripta Tab. prima num. 9.

Roſę uberem ſuppeditant materiem, prò componendis pharmacis diverſis; etenim ex roſis componuntur ſyrupi, Cõſervæ, Electuaria, Tincturæ, pluraque alia huiuſce generis medicamenta. Primò igitur componuntur ſyrupi, quorum alij ſunt ſolutivi, & purgantes, alij ad alios uſus ſunt comparati inter ſyrupos ex roſis præparatos, primò occurrit ſyrupus roſatus ſolutivus, qui fit ex infuſione roſarum, & ſacharo, iſte ſyrupus erat olim in magno uſu, hodiè aduch in uſu eſt, ſed non tantum, ac olim; rarę erant olim potiones ſolutivę à medicis, vel prò curandis morbis, vel prò ijſdem pręcauendis, exhibitæ, quas ſyrupus roſatus ſolutivus non ingrederetur, quandòque enim, hic apud nos Ferrariæ, ſuas componebant potiones cnm uncijs III. ſyrupi roſati ſolutivi, & uncijs II. infuſionis Sennę quandòque componebant, & frequentiùs cum ſyrupi roſati ſolutivi uncijs III., Electuarij Diacatholicon. drach. VI., & omnia ſimul commixta, vel decocto cordiali, vel decocto florum, & fructuum diſolvebant, alij componebant potionem ex ſyrupo roſato ſolutivo, & Manna cum aqua Ordei, vel decocto cordiali diſsolutis, in dyſenteria (àt quàm inconcinnè, & ineptè) exhibebant potionem, compoſitam ex ſyrupo roſato ſolutivo ad uncias IV., cum additione Rhabarbari torrefacti ad ſcrup: IV. vel drach: i s, vel corticum mirabolanorũ pariter ad ſcrupulos IV., vel ad drach. i j, & diſſolvebant omnia aqua Plantaginis, alij alias componebant, quarum omnium tamèn ſyrupus roſatus ſolutivus erat baſis. Verùm noſtri Practici hiſce remedijs ſolutivis ampliùs, raró ſaltem, non utuntur; ex quò enim introductæ fuerunt potiones ex Caſſia clarific:, Ptiſſanæ ſolutivæ, & poſtquàm noſtra potio magiſtralis ſolutiva indiſcriminatim vilioribus etiam perſonis exhiberi, cæpit, dixi noſtra, quia ſcilicet noſtrorum patrum fuit inventum, apud quos erat in maximo prætio, illamque Iulius Rechalcus, alijque potionem nobilium dicebant, ex eò quod ab ipſis, ſolummodò nobilibus viris, & delicatis propinabatur; hodiè igitur non eſt adeò frequens uſus ſyrupi roſati ſolutivi,

Syrupus roſatus ſolutivus.

lutivi, adhùc tamèn nonnulli hoc blando, & innoxio utuntur remedio, quin' nonnullis solitario illo uti, magis arridet, quàm alijs potionibus solutivis ; est prẹtereà minoris impendij, & sanè solvit aluum sine molestia, bilem educit, sitim sedat, ventriculum roborat, inquiunt aucthores; nequaquàm enim acuti adeò sunt eiusdem stimuli, nequè adeò infensi ventriculo, & intestinis. Syrupus rosatus solutivus, ut ità dicam, communis, componitur cum infusione Rosarum pallidarum, & sacharo; infusio autèm rosarum prò hoc syrupo componendo, fit superaffusis tribus aquæ libris librẹ I. rosarum pallidarum, infusio debet fieri per horas XII. in vase clauso, quæ sequenti die, primis abiectis rosis, alijsque recentibus substitutis, renovari, debet, quod fieri debet saltem per IX. vices. Rosæ debent esse recentes collectæ, & summo mane, & debent esse pallidæ, debent à calicibus, & pediolis mundari, nonnulli contundunt rosarum folia, antequàm ijsdem superaffundatur aqua, sed inutilis hẹc contusio videtur: alij exprimunt succum ab ipsis rosis, & cum sacharo conficiunt syrupum, sed minùs opportunè, non recedant à consueto modo Pharmacopei in prẹparatione infusionis, vel in compositione syrupi.

Syrupus rosatus aureus.

Delabente elapso sæculo in usu esse, cæpit, syrupus rosatus aureus, sic dictus ab aureo colore, quem præseferebat; primò Pharmacopei prò componendo huiusmodi syrupo utebantur rosis albis, quẹ vulgò *Moschette* dicuntur, undè posteà aureum colorem habebat, sed quoniam torminosum nimis erat, & violentæ nimis operationis, ideò illis relictis, prò conficiendo syrupo aureo, uti cæperunt rosis communibus, pallidis scilicet, sed non ampliùs aureum habuit colorem syrupus, & in desuetudinem exindè venit; cum enim non niteret auri colore, non alliciebat ampliùs iucunditate, & elegantia coloris; accessit prẹtereà, quod est incerti effectus, transacto enim uno, vel altero mense à præparatione, evanescit vis eiusdem solutiva, nequè ampliùs, si tunc temporis exhibeatur, alvum placidè movet, sed potiùs multos excitat flatus, & incongruam quandam succorum, in primis vijs existentium, fermentationem, ratione cuius, & tormina intestinorum, & intumescentiẹ infimi ventris contingunt; undè practici, ab eiusdem usu abstinere, satiùs existimant,

mant, quàm ægrotantes, seù purgandos irrito conatù fatigare, & agitare, vel se abstineant prorsùs ab eiusdem prę-paratione Pharmacopei, vel præparent in pauca quantitate, quæ suficiens sit prò mense Maij, & Iunij. In ipso conficiendo utantur consueta methodo, quę traditur Tab. 2. num. XVII., hanc sequantur, ex modo pręparationis huiusce syrupi deducitur facilè, cur brevi adeò evanescat eiusdem vis solutiva; leviter enim particulæ solutivę, quę in folijs rosarum sunt, sacharo insinvantur, undè avolant facilè. Observavimus in aliquibus pharmacopolijs valdè dilutum huiusmodi syrupum, & ferrè insuavem, fortasè quia prò eodem conficiendo utuntur infusione rosarum, sed malè.

Mel rosatum simplex.

Circà syrupum de Rosis siccis nichil habeo, quod dicam; alia medicamenta cum Rosis, & melle præparantur, & primò cum succo rosarum, & melle fit mel rosatum, vel etiam cum rosis rubris immaturis (quarum folia, scilicèt nondum sint perfectè expansa], & melle fit aliud mel rosatum, quod dicitur mel rosatum solutivum; fit etiam mel rosatum solutivum adhibita eadem infusione rosarum, qua utimur prò syrupo rosato solutivo, & hoc modo præparari debet à Pharmacopeis nostris, cum infusione scilicèt communi rosarum supradicta; præparatum habeant Pharmacopei, & mel rosatum simplex, & mel rosatum solutivum, cuius usus est potissimùm in clisteribus.

Mel rosatum solutivum.

Ea prorsùs ratione, qua præparatur infusio rosarum prò syrupo rosato solutivo, pręparabant olìm infusionem Violarum solutivam, cum qua, & sacharo componebant syrupum violatum solutivum; sed huiusce syrupi usus prorsùs obsolevit, ex quo convenere Medici, ferrè omnes, quod in Pleuritide, & Peripneumonia, alijsque pectoris inflammationibus medicamenta alvum laxantia, seù purgantia, nullo modo conveniant, nequè etiam leviora; nàm hoc syrupo violato solutivo, & Manna utebantur olim inter inflammationum initia, ab hoc igitur pręparando, se abstineant Pharmacopei, & præparent solummodò, & componant syrupum violatum simplicem, ex violis Martijs, illarum scilicèt succo, vel infusione, cum parum succi violæ reddant, vel etiam pręparent tali modo. Sacharum depuratum, et clarificatum, et ad consistentiam iulapij semicoctum, violis, iàm à suo calice

mun-

mundatis superaffundant: in conficiendo syrupo violato ab ebulitione est abstinendum, etenim dissipantur facilè, ac disperduntur partes volatiles violarum, suumque colorem syrupus ammittit. Syrupus violatus simplex, vel julapium violarum debet, pręparari, pròut describitur Tab. 2. num. xix. & prò eiusdem pręparatione eligi, debent, Violę martiæ simplices, et tempore veris collectæ; nàm quæ in autumno fortasse colligi, possent, sunt minùs odorosę, & minoris pręti j. Colligantur ergò in principio veris; cum plurimùm ammittant de suis viribus, & facultatibus procedente vere; sint prætereà à suo calice mundatæ, nè aliquam vim purgativam syrupus habeat. Alio etiam modo præparari potest julapium Violatum; ex violis enim extrahitur tinctura, ac indè miscetur cum sacharo subtilissimè pulverizato, relinquuntur posteà simul vel in balneo calido, vel suprà calidos cineres, donec dissolutum sit sacharum, suprà unam libram sachari pulverizati, affundatur tincturæ lib. 1. nullus succus acidus admisceri, debet, syrupo violato, quemadmodùm faciunt nonnulli, vt pulcriorem reddant illius colorem, nequè iris florentina addenda est, ad augendum odorem.

Syrupus Violatus simplex.

In syrupo de Capillo Veneris improbant nonnulli, addere sacharo communi sacharum penidiatum, quòd aliud non est quàm sacharum, cum decocto Ordei coctum, & multò magis improbari, debet, usus penidiorum pręparatorum, quibus utuntur nonnulli; improbant etiam addere aquam Capilorum Veneris, quandò hęc tota evaporat in coctione syrupi; reformetur igitur huiusmodi syrupus, & pręparetur eo modo, quo describitur Tab. p. n. 12.

Syrupus de Capillo Veneris.

Relicta syruporum classe, ad alteram esset, deveniendum, in qua Electuarja continentur, Confectiones, & Opiatæ, sed priùs de julapijs aliqua est habenda consideratio.


Plurimam habent cum syrupis convenientiam iulapia, à quibus solummodò ratione decocturæ differunt, quæ levior esse, debet, in Julapijs, quàm syrupis; opportunè igitur factum videbitur, si in hac syruporum classe de iulapijs etiam sermo instituatur; ità sanè & Arabes, & plurimi ex Grecis scriptoribus sub ijsdem capitibus de syrupis, & iulapijs loquti sunt, quin' iulapij, & syrupi nòmina quandòquc

 con-

confunduntur, & ſyrupi nonnullis iulapia dicuntur, & aliqua iulapia ſyrupi nuncupantur.

Julapium, ſi nominis origo ſpectetur, importat potionem dulcem, & primò inventa fuerunt ad gratificandum ęgris, iulapia enim, & coloris perſpicuitate, & odoris, atque ſaporis ſuavitate, plurimùm grata ſunt ęgris, debent enim, eſſe tranſparentia iulapia, & clara, minimùmque colore ſaturata; ideò pleraque iulapia ex aquis diſtillatis, vel ſuccis claris, & optimè defecatis, vel aqua, aliqua tinctura leviter infecta, nunquàm ferrè decoctionibus, componuntur. Plurima iulapia olim in uſu erant, præcæteris olim æſtimabatur iulapium roſatum, quod etiam alexandrinum dicebatur, *quaſi Alexandro dignum*, inquit Renodeus, cui ab auctoribus plurimæ, illæque præſtantes,& inſignes tribuuntur facultates. Componebatur ex aqua roſarum diſtillata odoratiſſima lib. iij. Sachari albi lib iiij. coctura erat lento igne ad conſiſtentiam infrà ſyrupum; ſi tamen præparare vellent Pharmacopei hoc iulapium, meliùs eſt, ſacharum coquere ſtrictiori coctura, deindè eidem aquam Roſarum immiſcere, ac indè poſt ſinere, quod iulapium leviſſimè buliat, nè nimis diſſipentur partes ſpirituoſæ ipſius aquæ, per longiorem cocturam, ſi præparetur hoc ſecundo modo, quantitas aquæ diminui, debet; ità pariter pręparari poteſt iulapium de Cinamomo, cum aquę Cinamomi diſtillatę libra 1. ſachari lib. iij., & plura alia iulapia ſic pręparari poſſunt. Hodiè pręter iulapium ſimplex, reliqua iulapia vel non præparantur, vel ſyruporum nomine comprehenduntur; in prætio tamèn, & plurimo uſu ſunt iulapium gemmatum, iulapium perlatum, & iulapium de contraierva, quę ſingula quommodò componi impoſterùm debeant, & potiſſimùm gemmatum, doceturTab. 2.Claſſ.1. n. xx. xxi. xxii.

Julapia à nonnullis dicebantur potiones illæ, quas ęgris exibere, olim mos erat, & componebantur aqua aliqua diſtillata, & ſyrupo, quod eidem aquæ immiſcebatur, ſed relictis iulapis, ad alteram claſſem, in qua Electuaria continentur, Confectiones, & Opiatæ, eſt tranſeundum, ſit igitur.



SECVN-

SECUNDA CLASSIS.

De Electuarijs, Confectionibus, & Opiatis.

IN hac secunda classe, primò Electuaria occurrunt, medicamenta scilicet, quæ consistentiam habent mediocrem, cum nequè omninò liquida sint, ut syrupi, nequè omninò sicca, ut pilulæ, vel Trochisci, sed inter hæc medio modo se habent. Inventa fuerunt, seù prò diuturniori specierum conservatione, & æquidèm plures species in officinis conservantur sub forma electuarij, sivè ut ægrotantibus, quibus magis arridet solidior medicamenti forma, consuleretur, & eò magis consulendum erat, quia ut plurimùm species, ob nimiam ingredientium copiam, & diversitatem, sunt gustui ingratę, & nauseabundę; undè ut faciliùs assumantur, vel melle, vel sacharo ad consistentiam syrupi cocto, excipi, debent. Ex electuarijs, alia sunt solutiva, quæ si leviora, lenientia dicuntur, seù laxantia; si fortiora, solutivorum nomine indigitantur: alia sunt sedativa, coroborativa alia, alia cordialia, & alexipharmaca. Solutiva electuaria propriè dicuntur, reliqua vel confectiones, vel opiatę, uti confectio ex Hiacintho, & Alchermes, vel particulare nomen habent, uti Mitridatum, Theriaca, Philonium, Triphera.

Electuaria solutiva hodiè in Pharmacopolijs non sunt tanta, ac olìm; plura enim sunt obsoleta, & in desuetudinem posita, optandum, quod adhùc minor esset purgantium numerus, & rarior usus; nàm in eorum usu adeò religiosus Hippocrates fuit, ut, notante Ludovico Dureto in coacis pręnotionibus, eidem in animo fuerit, medicinam solis clisteribus facere; electuaria, quæ adhùc in usù sunt, & quæ debent in pharmacopolijs prępararì, & præparata asservari, in secundo indice tertiæ tabulæ erunt notata.

Electuaria solutiva, & ipsa, suos patiuntur manes; ideòque circà illorum compositionem non nulla occurrunt animadversione digna, à quibus breviter me expediam; cum enim simpliciores sint illorum compositiones, quàm syruporum, leviores in ipsis occurrunt mendæ.

Non nulla tamèn circà electuaria solutiva in communi pri-

ùs ſunt animdvertenda , & primò , quod ut plurimùm prò ijſdem componendis , utendum eſt vel melle , vel ſacharo , ad coćturam ſyrupi cocto , & in tali casù mel , vel ſacharum debet triplam proportionem habere ad ſpecies , quæ ingrediuntur compoſitionem electuarij ; ità ùt prò qualibet libra ſpecierum accipiantur lib. iij. vel mellis, vel ſachari ſyrupati, vt poſſint, convenienter reduci ſpecies ad formam electuarij : Secundò animadvertendum, quod ſpecies debent paulatìm immiſceri ſacharo , vel meli , calentibus adhùc , ab igne tamèn remotis , omnia ſimul agitando , donec fuerint perfectè mixta ; perfectę autèm mixtionis notę ſunt , ſi nequè grumi , nequè bullæ , nequè lineæ , nequè feſtucę , nequè id genus alia in ipſis appareant, & color æqualis conſpiciatur; animadvertendum tertiò, quod; facta iam electuarij compoſitione, debet ſuo vaſi immitti , quod debet, eſſe vel ſtaneum , vel figulinum , ſed non debet intrà vas reponi , niſi priùs fuerit refrigeratum , ſaltem non debet vas immediatè claudi , quibus breviter præmiſſis circà electuaria in communi , circà eadem in particulari nonnulla pariter ſunt animadvertenda , & primò.

Electuarium Benedicta, ſeù Benedictum laxativum. Circà Electuarium Benedictæ laxativæ, quod primò occurrit in indice electuariorum , animadvertendum eſt , quod huiuſmodi electuarium benedictum dicitur , ob eximias, quę eidem olim tribuebantur virtutes , & facultates , àt hodiè in ſolo uſu prò cliſteribus eſt , illud fortaſsè reiciunt practici , quia per os aſſumptum humores nimiùm agitando , & ſpiritus fibrarum ventriculi , & tenuium inteſtinorum hoſpites irritando , viſcera , ſanguinem , & totum corpus incaleſcere , & efferueſcere facit ; quod non contingit , ſi inteſtinis per cliſterem infundatur. Variæ habentur apud aucthores eiuſdem deſcriptiones , quę ſunt inter ſe diverſę , quæmadmodùm etiam diverſi ſunt in illo componendo aucthores : nonnullis improbatur Eſula ad tantam doſim, quantam communiter ponunt antidotaria, hæc enim nimiùm excedere videtur , hinc illam dimidiant ; ità pariter alij Eſulam aceto pręparari , volunt , antequàm in uſum ducatur , alij hoc minùs neceſſarium eſſe , putant , & Eſulam exſicatam , & in pulverem redactam ſufficere , putant : improbatur pretęrea tanta ingredientium multitudo , quorum multa (ſalva

adhùc

adhùc medicamenti activitate, & integris adhùc manentibus eiusdem viribus) omiti, possunt. Huiusmodi electuarium igitur reformari, debet, pròut reformatum exibetur, Tab. prima Clafs. 2. n. 1.

Electuarium Cariocostinum raro in usu est, attamèn in gratiam quorundam Medicorum, qui illi multum tribuunt, paratum habeant in suis officinis Pharmacopei, & animadvertant in eiusdem præparatione, ne immitant diagridium melli, ferventi adhùc, & intensè calido, quìn' reliquas species non immitant simul, & semel meli, sed mel speciebus, repositis iam (cum quibus etiam diagridium misceri, potest) in alio vase, affundatur per vices, & paulatim, continuò agitando, descriptio habetur Tab. 2. n. 4. *Electuarum Cariocostinum.*

Electuarium Diacatholicon in maximo usù olim erat, nunc rarissimus est eiusdem usus. Pharmacopei tamèn illud habeant preparatum, vt quandò opus fuerit, opportunè dispensare, possint, in præparatione animadvertant, quod variæ, & diversæ sunt eiusdem præparationes; prò illo autem componendo utantur descriptione, quæ habetur apud Calestanum, & Sgobbium, in qua descriptione tamèn rursùs est animadvertendum, quod Polipodium bis ingreditur hoc electuarium, primò enim recens infunditur in aqua communi, & facta longiori ebulitione, fit colatura, cum qua colatura posteà, & sacharo præparatur syrupus, quo utendum est prò dissolvenda Cassia, & Tamarindis, ijsque reliquis ingredientibus, in pulverem priùs redactis, immiscendis; secundò pulverizatum Polipodium miscetur cum reliquis ingredientibus, & illis unitum cum Cassia, & Tamarindis incorporatur. Videtur sanè, Polipodium pulverizatum inutiliter, & frustrà huic electuario immisceri, quandò pulverizari nequit, nisi fuerit exsicatum; exsicatum autem omni prorsùs spoliatur activitate, quare pharmacopei potiùs Polipodij dosim adaugeant in prima infusione, quę fit prò componendo syrupo: addunt nonnulli sacharum candum, & sacharum penidiatum, sed in pauca admodùm dosi, undè non apparet, quid conferant ad activitatem electuarii, seù etiam ad gratiam illi conciliandam, maximè in exigua adeò dosi, quemadmodùm in prima descriptione, quæ dicitur Nicolai Præpositi, ubi dosis est ad drach. 2., undè authores Antidotaris *Electuarium Diacatholicō.*

tarij Bononienſis illam auxerunt ad uncias i j. quemadmodùm & Caleſtanus, qui laudat ſemina aniſi cum Polipodio in prima decoctione prò conficiendo ſyrupo, decoquere.

Pręparent igitur Pharmacopei hoc electuarium reformatum iuxtà deſcriptionem, quę habetur Tab.1. Claſſ.2. n. 2. aucta tamendoſi Polipodij in decoctione, ex qua ſyrupus fieri, debet, ſi utantur ſacharo albo, & eiuſdem doſis augeatur, ſacharum penidiatum, & ſacharum canditum omitti poſſunt.

Electuarium diaprunis ſolutivum. Quęnam ſint ingredientia Electuarij Diaprunis ſimplicis, & qua arte ſit componendum, notum etiam illis, qui leviter in arte pharmaceutica ſunt initiati, quibus nullum negotium facere, debet, ſi videant, non convenire authores circà doſim quorundam ingredientium, violarum ſcilicet, & ſeminum quattuor frigidorum maiorum, quam alij faciunt maiorem, minorem alij; hoc illis nullum negotium facere, debet, ſunt enim parvi adeò momenti, ut parùm referat ſi illorũ doſis ſit ad unciam 1. vel ad unciam 1. & 5. quin' pauci adeò momenti ſunt, ut etiam ſi omitterentur, nihil detractum eſſet medicamenti efficaciæ, & virtuti, quin' ommittenda videntur Zuvelfero, quandò efficiunt, quod electuarium ventri replendo, & gravando inſerviat potiùs, quàm ut illum permeare, & corpus à vitioſa humorum peccantium ſarcina ſublevare, poſſit; ſi huic electuario iàm cocto, ubi ab igne removetur, ac quaſi fuerit frigefactum, addatur Diagridium ſulfuratum, fit Electuarium Diagrunis ſolutivum, ſeù compoſitum, circà doſim Diagridij non conveniunt authores. Non poſsũ aſſentiri Donzello, qui unicuiquæ libræ electuarij addit Diagridij ſulphurati drach. v., ſic enim quelibet uncia Electuarij admitteret drach. v., & grana ij. Diagridij, doſis, quæ nimiùm excedere, videtur, niſi ſupponatur infringi, & hębetari Diagridij vim à reliquis ingredientibus. Animadvertant Pharmacopei, quod non debet, ſtatim ac fuerit compoſitum, in uſum duci huiuſmodi Electuariũ, ſed ſinere opus eſt, quod priùs fermentetur, & ſaltem per menſem; etenim per fermentationẽ, plurimùm augetur viribus: habeant igitur præparatũ Pharmacopei, & Diaprunum ſimplicem, & Diaprunum ſolutivum, ſeù compoſitum; nàm damnatur, & improbatur illorum abuſus, qui addunt Diagridium ipſi Electuario ſimplici in illo actù, quo diſpenſari, debet, & debet ægris exhiberi, habeant

iàm

jàm prçparatum electuarium cum Diagridio, & fermentatum sit, nequè illud non dispensent, nisi transacto mense à compositione & componatur iuxtà descriptionem Tab. pr. Classf. 2. n. 3.

Electuarium Lenituum.

Electuarium lenitivum, cuius nota sunt ingredientia, notus componendi modus, placeret, quod Pharmacopei componerent, pròut describitur Tab. 2. Classf. 2. n. 1. Animadvertant circà compositionem huiusce electuarij, quod Cassia, & Tamarindi debent reliquis ingredientibus immisceri, cocto iàm electuario, nè destituantur huiusmodi simplicia medicamenta per ebulitionem suo humido substantifico, & fiant effeta.

Electuarium Rosatum Mesue.

Circà electuarium rosatum Mesues, plura sunt animadvertenda, & primò, quod nonnulli reputantes vim solutivam rosarum rubrarum languidam esse, excludunt illarum succum à compositione huiusce electuarij, eiusdemque loco utuntur succo rosarum pallidarum, quas maiori vi solutiva esse prędictas, arbitrantur, sed maximus error est, excludere ab eiusmodi electuario succum rosarum rubearum, quò prçcisè utendum esse, inculcabat Mesues; dicebat enim, utendum esse succo rosarum rubearum, quæ sint veræ rubedinis, paucorum foliorum, & planorum; etenim non est adeò languida in hisce rosis rubeis vis solutiva, quod testantur experimenta Poteri, & Donzelli,ătereà non in eum finem solummodò utitur Mesues succo rosarum rubearum, vt augeatur scilicèt vis solutiva medicamenti, sed ut corrigatur scamonium, quod eiusdem compositionem ingreditur; improbant nonnulli in hoc electuario mannæ ebulitionem, nàm timent, quod per ebulitionem, avolantibus tenuioribus particulis, enervetur manna, & spolietur vi solutiva; sed hoc minimè timendum, si ebulitio fiat lento igne, potiùs enim intenditur, quàm debilitetur vis solutiva mannę per ebulitionem, si fiat lento igne. Notandum prętereà, quod iuxtà Mesues descriptionem, ingrediuntur compositionem huiusce electuarij Trochisci de Spodio, de Berberis, de Gallia moscata, sed commodè ommitti possunt, admissis interim in compositione electuarij ijs, ex quibus Trochisci compositi sunt; plura enim, quæ ingrediuntur Trochiscos de Spodio, ingrediuntur etiam Trochiscos de Berberis; undè inutiliter multiplicantur eadem ingredientia,

præ-

præterea cum huiusmodi Trochisci vel parùm, vel nihil in usù sint, eadem opus esset, parata habere, solummodò prò componendo hoc electuario. Trochisci de Gallia moscata omnimodè ommittantur; Ambra enim, Moscus, & lignum Aloè parùm opportuna videntur prò medicamento stercorario: hoc electuarium raró, immò rarissimè in usu est, preparandum attamèn, quia eiusdem est usus in plurium pilularum compositione; præparetur, pròut reformatum exhibetur Tab. prima Class. 2. n. 4.

In electuario de succo rosarum illud solummodò animadvertendum, quod malè nonnulli, prò componendo hoc electuario, utuntur aqua distillata ab ipsis rosis, loco succi ab ijsdem rosis expressi, & hìc enim ponitur succus rosarum rubearum prò correctione Scamonij, cui intentioni non satisfacit aqua, ab ipsis rosis distilata: animadvertendum ulteriùs, quod Camphora dificillimè in pulverem reducitur, undè etiam eiusdem trituratio sufficere, poterit, vel ad faciliorem pulverizationem inungantur oleo amigdalarum dulcium mortarium, & pistillum, vel eidem, dum teritur, spodium admisceatur.

Donzellus proponit quoddam Electuarium ex Cassia, & Tamarindis, quod Conservam Cassiæ appellat, cuius cum frequens admodum sit usus in illa parte Dominij Veneti, Ferrariensi ditioni trans Padum contermino, ideò illius descriptionem tradere, opportunum duxi, & traditur Tab. 2. n. 14. in classe de Electuarijs, ubi etiam traditur recepta cuiusdam electuarij, quod olim mihi familiare erat, ad lubricandam aluum, & maximè in Artiriticis, & Podagrosis; ultimò tandem num. 16. traditur modus præparandi passulas solutivas. Conserva Cassiæ Donzelli parùm abludit ab electuario Diacassio, quod communiter exhibent antidotarìa.

Electuarium de Cassia Donzelli.

Passulę solutivæ.

Esset nunc dicendum aliquid circà electuaria non solutiva, Confectiones scilicèt, & Opiatas, sed ab hoc præstando, nunc supersedeo, quia dè his infrà instituendus erit sermo, relicta igitur Electuariorum, Confectionum, & Opiatarum considerazione, ad medicamenta, in tertia classe contenta, est deveniendum, ad Pilularum scilicet considerationem; sit igitur.

CLASSIS

CLASSIS TERTIA.

DE PILULIS.

TAnta eſt in Pharmacopoliis pilularum copia, ut ſanè illam reſtringere, & coercere, neceſſarium ſit; nàm illarum plurimę, vel nunquàm à medicis, vel rariſſimè ſaltèm, præſcribuntur, undè fruſtrà in officinis proſtant, accedit prętereà, uti notant Auguſtani, quod illarum maxima pars convenit in operationibus, & facultatibus non ſolum, verùm etiam in ingredientibus, undè non apparet, ad quid, tantam pilularum farraginem habeant pharmacopolia. Pilulæ, quæ in pharmacopolijs proſtare, debent, erunt notatę in tertio Indice Tab. 3., circà quas nonnulla ſunt animadvertenda, & primò, quod pilulæ a Grecis *Catapotia* dicebantur, facta nominis derivatione à quadam voce greca, quæ devorare ſignificat, pilulæ enim integræ deglutiuntur, & quaſi devorantur; latinis autèm à figura rotunda, quam habent, pilulæ dicuntur, quaſi parvæ pilę, undè etiam globuli, & orbiculi à nonnullis appellantur, huiuſmodi figura illis data fuit, ut faciliùs deglutirentur, & faciliùs per eſophagum deſcenderent in ventriculum; ſub quacumque enim alia forma difficilimè ab ægris aſſumi, poſſent, vel nauſeam moverent medicamenta amara, & ingrata, ex quibus componuntur, vel dentibus impacta, importuna adheſione læderent, gummata, & Aloes potiſſimùm, quę illarum compoſitionem, ut plurimùm, ingrediuuntur; rotunda figura, dicebat Braſavolus noſter, præ quacumque alia eſt capaciſſima, hinc ſub parva mole maior ingredientium copia coacta habetur; prætereà cum rotunda corpora nullam prominentiam habeant, nihil eſt, qood illorum impediat deſcenſum; undè cum facilis ſit illorum deſcenſus, citò elabuntur fauces, & palatum, & nulla perſentitur moleſtia ab ingrato ingredientium vel odore, vel ſapore, quod ſanè contingeret, ſi ſub quacumque alia forma aſſumerentur: addit etiam Braſavolus, quod rotunditas facit, ut undiquæ æqualiter liqueſcant in ventriculo, quin etiam talis figura facit, quod diuturniorem trahant moram in ventriculo, ubi potiſſimùm, quemadmodùm etiam in in-

inteſtinis, ſuas exerunt vires, ut plurimùm enim ultrà infimi ventris confinia non extenditur illarum actio, quidquid dicant nonnulli de pilulis, caput purgantibus; cum igitur facilior fit, & minùs moleſta medicamentorum exhibitio in forma pilulari, hinc fuit, quod à practicis inventæ fuerunt tot pilularum formulæ, tantaquæ pilularum varietate referta ſunt pharmacopolia, cum autèm plurimæ pilularum, quæ fuerunt à recentibus excogitatæ, & inventæ, ut plurimùm reſpiciant particulares quoſdam morbos, & particulares quarundam partium corporis affectiones, ideò illarum uſus non eſt adeò frequens, neque adeò omnibus practicis univerſalis, ut opus ſit, quod proſtent omnes in pharmacopolijs, illaſque paratas habeant Pharmacopei; cum ſufficiat, quòd illas præparent, atque componant, quando à Medicis præſcribuntur. Non omnes igitur pilulas, quę vel notantur in Antidotarijs, vel referuntur in Pharmacopeis, præparare neceſſarium eſt, ſufficit, quod præparent illas, quæ in indice 3. Tab. 3. notate ſunt, circà quas nonnullæ particulares animadverſiones ſunt habendę, priùs tamen Pharmacopeos admonitos facere, opportunum exiſtimo, quod non omnes pilulæ ſolutivę officinales, ſtatìm ac compoſitę ſunt diſpenſari, debent, ſed ex his plurimæ, priùs per aliquod tempus debent, aſſervari, antequàm diſpenſentur, ut poſſint illarum ingredientia fermentari; etenim per fermentationem illorum vires augentur, & maiorem aquirunt pilulę activitatem; ut autem facilè fermentari poſſint, molior eſſe, debet, illarum compoſitio, quò enim, laxiori nexù ſunt unitę componentes particulæ, eò faciliùs motum, & fermentationem concipient; undè notandum eſt ſecundò, quod ſi pilulæ herbarum ſuccis, vel alijs, ſine mele, & ſacharo malaxentur, in tantam deveniunt duritiem, ut poſteà quandò illis utendum ſit, debeant, contundi, & pulverizari, ac denuò aliquo alio loquire aglutinari, ad evitandam igitur nimiam duritiem, loco ſuccorum, ſyrupis, ex ipſis ſuccis compoſitis, utendum eſt, ſic enim molior erit illarum maſſa, & faciliùs fermentationem concipiet, coadiuvante etiam mele, vel ſacharo: tertiò tandèm notandum eſt, quod pilularum ingredientia ſubtiliſſimè ſunt pulverizanda; ſed ad particulares, circà quarundam pilularum compoſitionem, animad-

madverſiones tranſeundum, cumque in indice pilularum, quæ impoſterùm præparari, debent, & aſſervari in pharmacopolijs, primò occurrant pilulæ de Aloè roſata, de iis primò diſſerendum.

Pilulæ de Aloè roſata hodiè plurimùm in uſu ſunt; commodè enim aſſumuntur ad pondus ſemidrachmæ, vel etiam unius drachmæ, veſpere antè cęnam, & blandè admodùm ſoluunt alvum ſequenti mane, nulla prorsùs illata ventriculo, vel inteſtinis moleſtia, illas præparandi modus exponitur Tab. 2. num. 1. claſ. 3. *Pilulę de Aloè Roſata.*

Notandum tamèn, quod differunt à pilulis de Aloè lota, quas præparare, ſuperfluum videtur, cum non ſint in usù, & ſi ordinentur à Medico, præparari facilè poſſunt; per Aloem enim ſucco roſarum lotam, intelligi, debet Aloes ſucco roſarum ſępiùs imbibita, cui ſi addantur in debita proportione Agaricus, Maſtiches, & ſpecies Diamoſchi, habentur pilulæ de Aloè lota, quibus fruſtrà additæ videntur ſpecies Diamoſchi.

Succedunt pilulę de Amoniaco Quercetani, quæ in maximo usù ſunt, & ęquidèm plurimùm utiles ſunt, in reſerandis viſcerum obſtructionibus, ijſdemque à craſſiori, & viſcidiori ſabura expurgandis, cum placide alvum moveant; in illorum præparatione improbant nonnulli additionem maſtiches, & ſpecierunt triaſantalorum, ſed illas præparent Pharmacopei conſueto modo, & iuxtà deſcriptionem auctoris, quæ traditur Tab. 2. n. 2. claſ. 3. *Pilulæ de Amoniaco Quercetani.*

His placet, adere deſcriptionem pilularum de Amoniaco, quibus ego frequenter admodùm utor, ubi viſcera infimi ventris, illorum glandulæ ſcilicèt, & tubuli ſint craſſioribus ſuccis infarcita; huiuſmodi pilularum deſcriptio habetur Tab. 2. num. 3. claſ. 3.

Succedunt pilulę aureę, ſic dictę, non quia aureum præſeferant colorem, uti nonnulli ſunt arbitrati, ſed ob eximias dotes, quibus præditæ eſtimabantur improbant nonnulli, quod mucilagine gummi Tragacantij incorporentur, nàm cum ſummam indè aquirant duritiem, ſequitur, quod ſi in uſum ducendæ ſint, debent, denuò in pulverem redigi, & denuò aliquo ſucco incorporari; prò ijſdem componendis, utantur Pharmacopei vel mele roſato, vel ſyrupo roſato ſo- *Pilulæ aureæ.*

lutivo. Reformantur huiusmodi pilulę á D. Lemmeri, ijsdemque addit tartarum solubilem; sed placet, quod nostri Pharmacopei sequantur descriptionem Nicolai Alexandrini, quæ traditur Tab. 2. num. 14. Class. 3.

Pilulæ Cochiæ. Pilulę Cochię, sic dictæ, quia ad hoc, ut sint ad usum, debent, ex illarum massa efformari grana exigua, seù globuli minutissimi. D. Lemmeri ad sollicitandam illarum vim solutivam, laudat, illis addere tartarum solubilem. D. Cristophorus Vendemiatus, satis peritus olim Pharmacopeus in terra Capìtis Gauri, ad stimulandam vim purgativam pilularum, quandò languidam illam, & debilem suspicabatur, & tunc præsertìm quandò erant á longo tempore præparatæ, ijsdem addebat, quandò in usum erant ducendæ, nonnulla grana Diagridri sulphurati, quod non improbandum, in illis præcipuè pilulis, quæ in officinis consenescunt: prætendunt practici, quod huiusmodi pilulæ caput magna efficatia expurgent, & à nervis crassos, pituitosos, viscidosque humores evacuent; an' verè hoc faciant, fides sit apud illos, descritpio huiusmodi pilularum habetur Tab.1. Class. 3. n. 3.

Pilulę Lucis. Pilularum Lucis, duę potissimùm habentur descriptiones; prima exhibet pilulas lucis maiores, altera pilulas lucis minores; dicuntur pilulæ lucis, alias ophtalmicæ, quia practici arbitrabantur, illas visus læsionibus, & oculorum affectibus succurere. Pilulę lucis maiores sunt plurimis ingredientibus consarcinatę, quorum maxima pars inutiliter posita, videtur; cum illorum facultates nullam habeant cum visionis, vel occulorum affectionibus convenientiam, quin' illorum copia obruit illorum facultates, quę visionis, & occulorum affectiones respicere, possent. Pilnlę lucis minores tantam non admittunt ingredientium faraginem; has igitur præparent, atq; componant Pharmacopei, proùt notatur Tab. 2. n. 5. Class. 3.

Pilulæ de Nitro. Pilulæ de Nitro, si considerentur, non apparet, cur de nitro dicantur, quandô nitrum in pauca admodùm dosi illorũ compositionem ingreditur; improbant nonnulli, quod euphorbium illis misceatur, nimìs enim acre, & adurens est, illo igitur ommisso, augeatur nitri dosis, & illas præparent, proùt reformatæ exhibentur Tab. p. n. 1. Class. 3.

Pilulæ de tribus cum Rhabarbaro. In componendis pilulis de tribus cum Rhabarbaro, utantùr Pharmacopei Agarico albo simplici, non Agarico trochiscato.

In

In pilulis de succino Cratonis, non nullis videntur inutiliter posita Mastiches, & Aristolochia; possunt igitur reformari, uti reformatæ exhibentur Tab. prim. n. 2. sicque reformatas præparent Pharmacopei. *Pilulæ de Succino Cratonis.*

Pilulę Ruffi parum laudantur à D. Lemmeri, in aliquo tamen prętio, & usu sunt, circà quas notandum, quod illarum ingredientia eadem sunt cum illis, quæ ingrediuntur Elixir proprietatis Paracelsi; etenim hujusmodi pilulæ Ruffi componuntur ex Aloè, Myrrha, & Croco, quę pariter sunt ingredientia, ex quibus componitur Elixir proprietatis Paracelsi; ideò omnia illa commoda, omnes illæ utilitates sperari, debent ab ipsis, quas nobis promittimus ab usu Elixiris proprietatis Paracelsi; hinc est fortasse, quod Pestilentiales ab Auctoribus nuncupantur, vel quia mirabilis effectus sunt in morbis pestilentibus, & malignis, vel quia plurimùm utiles sunt, & maximum habent usum, ad præcavendos, & longiùs avertendos pestilentes morbos: notandum prætereà, quod diversi quodamodò sunt auctores in illarum præparatione; alij enim, prò iisdem componendis, utuntur vino odorato, & præcipuè malvatico, alii utuntur succo limonum, alii syrupo de acetositate Citri: utantur nostri Pharmacospeis vino malvatico, & præparent eo modo, quo describitur Tab. 2. n. 13. Class. 3. illud ultimò notandum, quod à nonnullis dicuntur pilulæ Rhasis, & præcipuæ à Sgobbio, sed verè sunt Ruffi, Medici, inter antiquos, illustris. Augustani in compositione hujusmodi pilularum loco Mirrhæ ponunt Amoniacum, desumentes hanc compositionem ex Paulo Aegineta lib. 2. cap. 56. sed non sunt imitandi. *Pilulæ Ruffi*

Usus hujusmodi pilularum est mihi familiaris, & præsertìm in fæminis, ubi opus sit, infarctus uteri tollere, ejusdem glandulas, & tubulos à crassis, & viscidis succis liberare; maximè utiles sunt illis, qui medicamenta martialia assumunt, si interpolatè, tertio scilicèt quoque die exibeantur; sic enim plurimùm conferunt, ad promovendam calibis actionem, & ad augendos ejusdem effectus.

Inter pilulas solutivas, & aluum laxantes, locum habent etiam pilulę Gellij, quæ paucis solummodò ab hinc annis in usum hic Ferrariæ esse, ceperunt, quin' erant omnimodè incognitę nostris Pharmacopeis, quemadmodùm hodie etiam

paucis

paucis notæ sunt; illas præparandi modus docetur Tab. 2. n. 4. plurimùm à me approbantur hujusmodi pilulę, tùm quia placidissimè aluum movent, absque quod ullam inferant noxam, & quod magis est, in pauca admodùm dosi assumptæ, suos præstant effectus; una enim, vel altera pilula cujus pondus sit scrupulum semis, antę cęnam assumpta, sequenti manè blandè aluum movet, illarum usus præcipuè est in affectione hipocondriaca, & histerica, etenim educunt succos viscidos, & lentescentes, stagnantes, & infarctos in glandulis, & tubulis viscerum infimi ventris, à quibus affectiones hipocondriacæ, & hystericę suam, ut plurimùm, trahunt originem.

Pilulæ, quarum hùcusque considerationem habuimus, omnes sunt solutive, & purgantes; plurimè àlię hujuscæ generis pilulæ proponuntur à practicis, quæ vel cum jam ennaratis, & expositis, quoad vires, & facultates, & etiam quoad ingredientia conveniunt; ità fortasse pilulæ franco-furtenses, & etiam pilulæ, quæ à Venetis di *Santa Fosca* dicuntur, & illæ, quę dicuntur del *Piovano*, pilule, quę in Coleggio Nuvolarię prępારantur, si sint ęedé cum illis, quæ hic Ferrariæ ab ijsdē Patribus, & dispensantur, non sunt hujusce census; nàm cathartica plura, eaque validissima admittunt in sua compositione, unde mihi, aliisque doctis medicis minùs approbantur, quapropter ab iisdem pręparandis abstinere, se debent Pharmacopei, nisi ab aliquo Medico illas, præparare, iisdem mandatum fuerit. Plurimæ aliæ prætereà proponuntur à practicis, quæ particulares quosdam morbos respiciunt, nempè ad aliquos particulares morbos oppugnandos opportunæ, & summè efficaciæ censentur, uti sunt pilulæ ad maniam Batei, ad quartanam Gesneri, Artriticæ, & Antipodagrice: Pilulæ ad
num. 11. gonhoream D. Charas, quarū descriptio habetur tab. 2. Clas. 3.
num. 7. n. 12. ubi etiam describuntur pilulę ejusdē auctoris hystericę, & mesentericæ D. d. Aquin, pilulæ antiepilepticæ, alięquæ, quarum nunc texere chatalogum, operosum nimis, & inutile esset: Ex his plurimæ, nequeunt, præparatæ diutiùs conservari, ideòque tunc solnmmodò preparandæ, quandò à Medicis ordinantur.

In pilularum indice, qui habetur Tab. 3. n. 3. recensentur pilulæ de Cynoglossa, & pilulę Heluetij; ad sputum sanguinis:

circà pilulas Heluetij, quarum defcîptio, & præparandi modus exhibetur Tab. 2. n. 8. notandum eft, quod ratione folutionis aluminis, qua incorporantur, illarum ingredientia, maximam, & lapideam quafi aquirunt duritiem, ideòque fi integrę affumuntur, difficulter, & lentè diffolvuntur in ventriculo, undè non adeò promptè fuos producunt effectus; necefsè igitur eft, quandò in ufum duci, debeant, & ægris exhiberi, illas contundere, & in fubtiliffimum pulverem reducere, & poftea vel ipfum pulverem cum aliquo convenienti fyrupo incorporare, de Symphito fcilicet, vel Myrtino, & denuò ad pilularem formam illas reducere, quæ erunt meliores, & per confequens faciliùs, & cum minori incomodo affumi, poterunt, & citiùs; ac promptiùs in ventriculo diffolutę, promptiùs etiam, & citiùs fuos producent effectus, vel poteft etiam fieri Opiata, mifcendo prædictum pulverem cum conferva rofarum, quæ omnia fimul commixta, vel fyrupo de fymphito, vel myrtinodi folvenda funt, cujus opiatę identidem coclearia funt exibenda. *Pilulę Heluetij ad fputum fãguinis.*

Circa pilulas Cynogloffę, quarum varię funt defcriptiones; alia enim eft defcriptio Nicolai Prepofiti, que admittit in compofitione hujufmodi pilularum Cariophilos, & Cinamomum, quod tamen à nonnullis improbatur, etenim putant pilularum intentionem remorari à vi attenuandi, & rarefaciendi, quam habent hujufmodi ingredientia, altera defcriptio habetur ex Mefue fub titulo ad omnes morbos catharrofos, & magìs approbatur, addunt tamen Fernelius, & Renodeus caftorerum, ob fingularem vim in emendanda Opij malitia. Quommodò pilulas de Cynogloffa impofterùm prçparare, debeant Pharmacopei, habetur Tab.2.n.6.claf.3.ubi notandum eft etiam, quod loco Opij crudi, meliùs eft, uti Opio f. as prępara to, priùfquam difpenfentur, retineantur faltem per fex menfes, præfertim fi Opio crudo fint præparatę. Benedictus Faventinus cum fælici fucceffu utebatur hifce pilulis in catharo falfo, commixtis cum fucco liquiritie, & Aloè lota, fecundum hanc defcriptionem. *Pilulę de Cinogloffæ.*

R. Succi liquiritię concreti drach. ii. Aloes lotæ drach. i.
Pilularum de Cynogloſſa drach. v. miſce, & cum ſyrupo violato f. maſſa.

D. Mangetus, in ſuis notis ad praxim Barbetianam, iiſdem

utitur

utitur juxtà sequentem descriptionem.

R. Pilularum de Cynoglossa drach. ii. Laudani Opiati gran. iii. Croci optimi gr. v.

Succi Liquiritiæ in aqua hysopi soluti, & filtrati, blandoque igne ad consistentiam melis redacti drach. ii.

M. F. Pilulæ n. xxx.

Utor ego fæliciſſimè, & cum optimo ſuccesſu' hiſce pilulis cum ſucco liquiritiæ concreto in hunc modum commixtis.

R. Massæ pilularum de cynoglossa drach. i. Succi Liquiritiȩ concreti drach. 1. Laudani opiati grana 1. croci finissimi grana vi.

M. F. Massa, ex qua pilulæ n. xxx., de quibus duȩ quotidie vel post, vel ante cænam sumantur.

Et hic pilularum examini finem imponimus; undè abſoluta pilularum conſideratione, ad conſiderationem Trochiſcorum eſt deveniendum, ſit igitur.

CLASSIS QUARTA.

De Trochiſcis.

TRochiſci inventi, & ipſi ſunt, ut nonnulla medicamenta, quorum ingredientia cum ſint in ſubtiliſſimum pulverem redacta, & per conſequens illorum vires, avolantibus tenujoribus corpuſculis, perire facilè, poſſent, diutiùs conſerventur, etenim aſſentiri non poſſum D. Lemmeri, qui in eum finem Trochiſchos inventos fuiſse, inquit, ut plura illa ingredientia, ex quibus componuntur, facilè fermentationem conciperent; ideòque illorum vires augeri, perfici, & exaltari, poſſent; quam enim fermentationem concipere, poſſunt hujuſmodi ingredientia, ad conſiſtentiam adeò ſolidam, & compactam redacta? Trochiſci & ipſi nomen habuerunt à figura rotunda, & compreſſa, cum ſint veluti placentulæ compreſſa, aliis dicuntur paſtilli, aliis orbiculi à figura rotunda: alij Trochiſci tamen figuram quadratam habent, alij triangularem. Componuntur Trochiſci ex variis ingredientibus, è tribus naturæ regnis deſumptis, quæ in pulverem redacta, ſimul poſteà cum aquis diſtillatis, ſuccjs, mucilaginibus, & ſyrupis incorpo-

incorporantur, & in unam maſſam rediguntur, ex qua poſteà paſtilli efformantur, qui ut diutiùs conſervari, poſſint, abſquè quod ſitum, & acorem concipiant, ad ſolem, vel ignem exſicantur. Fuerunt olìm in frequenti uſu, & maximam officinarum ſuppelectilem conſtituebant Trochiſci, àt hodiè prorsùs in deſuetudinem abierunt, paucis admodùm exceptis, de quibus mox erit ſermo, multis autèm rationibus obſolevit Trochiſcorum uſus. Prima fortaſsè, & pręcipua fuit commercium, & ſocietas inita inter ſcholam galenicam, & chimicam; ex quò enim Galenici medicamentis ex Chimicorum officinis quęſitis, uti, cęperunt, plura, quæ ab ipſis magni momenti exiſtimabantur, vilescere apud ipſos cæperunt, & æquidèm poſt introductos ſales, extracta, magiſteria, tincturas, & alia hujuſmodi, efficatiora ſanè, & utiliora remedia, Trochiſci in deſuetudinem abierunt; altera fortaſsè ratio fuit, quod ex his plures inconcinè admodùm pręparati, & compoſiti erant, undè meritò fuerunt reiecti, & pauci ſolummodò hodiè in uſu ſunt, inter quos pręcipuè Trochiſci ſublinguales, Bechici albi, & nigri, & qui ſuffummigijs inſervire, poſsunt, qui potiùs paſtilli dicuntur: Videtur pręthereà, quod inutiliter pręparentur Trochiſci, quandò ubì in uſum trahi, debeant, nequeunt ſub tali forma ægrotantibus exhiberi; ſunt enim, uti dicebam, duriſſimi, & duritiem habent, potiſſimùm à Tragacantho, cujus benefitio plurimi in ſuam formam rediguntur, quin' difficilimè triturari, poſſunt, & ſi piſtillo contundantur, mortario tenaciſſimè adhærent, præſertìm ſi reſinoſa gummata ijſdem commixta ſint. Cum igitur nequeant Trochiſci in uſum trahi, niſi pulverizentur, nequeunt enim integri aſſumi, aut deglutiri, nequè in ore à ſaliva diſſoluuntur, & ſi diſsolverentur, ut plurimùm ingrati eſſent; ideò ſuperfluum videtur, illos conſarcinare, & meliùs erit, eorundem ingredientia ſub alia forma exhibere: In nonnullis pręthereà, propter mucilaginem Tragacanthi, qua obducti ſunt, componentes particulæ adeò ſunt irretitæ, ut nequeant ſuas vires exercere; pręparantur tamen hodiè nonnulli Trochiſci, ut miſceri, poſſint quibuſdam alijs medicamentis, ad quorum compoſitionem ſupponuntur neceſſarij; ità Trochiſci Hedycroi, Trochiſci de Vipera ingrediuntur compoſitionem Theriacæ, & Mithridatij; verùm huiuſmodi Trochiſcorum præparatio pariter inutilis eſt,

E quan-

quandò omnia illorum ingredientia, jàm seorsim, Theriacam, & Mitridatium ingrediuntur. Trochiscis pectoralibus, qui tantam ingredientium farraginem admittunt, alia medicamenta pectoralia, gelatinę scilicèt, julappia, lambitiva, rotulæ, utiliter magìs, & magìs commodè substitui, possunt. Paucis igitur exceptis, quorum index exhibetur Tab. 3. indice 4. reliqui sunt abjiciendi, nullusque ampliùs cogitet, de Trochiscis è vipera componendis, quandò hodiè tanta cum utilitate, & commodo ægrotantium, utimur carne viperina in decoctis, vel ejusdem pulvere; quod si placeat nonnullis habere Trochiscos de vipera, illos pręparent cum pulvere viperino, & dissolutione Tragacanti.

Trochisci de Agarico, qui licèt olim fuerint in maximo usù, hodiè raro in usum veniunt, nichil aliud sunt, quàm præparatio quædam, & correctio ejusdem Agarici, ut impunè magis, & cum minori noxa, exhiberi, possit, sal gemmæ enim esse Agarici maximum correctivum, putabant olim, & pręsertim putabant ex ejusdem admixtione impediri, nè Agaricus infensus adeò ventriculo esset, ejusque subversionem, ac vomitum induceret, prętereà corrigi Agarici segnitiem, putabant, à particulis irritantibus, & mordicantibus salis gemmæ, superfluam tamèn arbitratur D. Lemmeri Agarici correctionem, & hujusmodi Trochiscorum præparationem, quandò eosdem etiam producit effectus Agaricus, si exibeatur in sua puritate, dummodò eligatur Agaricus, qui sit optimę notæ, quod si placeat nonnullis aliquam Agarici correctionem habere, optimè corrigitur addito modico salis armoniaci, nàm impeditur, salis armoniaci additione, ne tormina, & dolores intestinorum moveat; ommitti igitut, poterunt Trochisci de Agarico, illisque substitui potest Agaricus trochiscatus, qui ex pręscripto Mesues, & Galeni sic pręparatur.

Agaricus Trochiscatus.

R. Agarici perfectissimi, radula comminuti, ità ut per incerniculum transmitti possit, drach. ii. & cum vino cretico, in quo Zinziber infusum fuerit, fiant Trochisci, qui non ad ignem, neque ad solem, sed intensissimo frigore tempore hyemali sunt exsiccandi.

Trochisci Alhandal pariter nihil aliud sunt, quàm præparatio Colocyntidis, quapropter illos præparare, debent Pharmacopei

macopei, & præparatos habere; injici enim, debent in omnes compositiones colocyntidem recipientes, & meliùs est prò cruda colocynthide hujusmodi trochiscos adhibere; in illorum præparatione animadvertant juniores Pharmacopei, quod colocynthis forficibus tenuissimè incidi, debet, & oleo amigdalarum dulcium humectari, irrorarique, ne asperæ ejus partes, intestlnis adhærentes, eadem exulcerent: sciant secundò, quod sufficit gumma tragacanti prò hujusmodi trochiscorum compositione; cum enim plurimùm sit mucilaginosa, magii apta est colocynthidis asperitates, spicula, & actos sales retundere, & impedire, nè magno impetu irruant in viscerum substantiam: animadvertant tertiò, quod trochisci, in umbra siccati, iterùm subtiliter terendì sunt, novaque Tragacanthi mucilagine excipiendi, & denuò Trochisci efformandi, qui in umbra pariter sunt exsiccandi; & denuò mucilagine Tragacanthi excipiuntur, ut magis colocyntidis spicula retundantur, & magis ejusdem acuti sales sint irretiti.

Trochisci Alhandal.

In aliquo usu adùch sunt trochisci de Myrra, & de Carabe, primi præsertim usurpantur, ubi secunda retenta fuerit, vel fætus mortui expulsio promovenda sit, & mensium fluxus; secundi sanguinem expuentibus, & purulenta, auxiliantur, & ad sistendum sanguinis fluxum, undècumque præter naturam sit præparent itàque Pharmacopei hujusmodi Trociscos, & in suis officinis præparatos habeant: incongruè positi videntur lupini in compositione Trochiscorum de myrrha, undè ommitti, possunt, & præparari Trochisci de Myrrha, & de Carabe, pròut proponitur Tab. 2. clas. 4. num. 1. & num. 6.

Trochisci de Myrrha.

Trochisci de Carabe.

Trochiscis de Minio utuntur Chirurgi ad ulcera sordida, & carcinomata, ad absumendas calosas, & fungosas excrescentias in ipsis ulceribus; in gratiam igitur Chirurgorum illos paratos habeant Pharmacopei, & describuntur Tab. 2. num. 4.

Trochisci de terra sigillata mihi non improbantur, cum sint maximæ utilitatis in quocumque sanguinis fluxù à quacumque parte sit; non approbatur tamen tànta illa farrago simplicium, quæ illorum compositionem ingrediuntur, quorum plura ommitti, possunt, salva adhùc medicamenti intentione,

Trochisci de terra sigillata.

 ejusdem-

ejuſdemque viribus intactis: addunt nonnulli cęteris ingredientibus opii crudi drach. 1. quod non improbandum, meliùs tamèn eſſet, addere opium præparatum. Præparentur igitur, pròut reformati exhibentur Tab. p. n. 1. Claſſ. 4.

Trochiſci de Gallia Moſcata. Trochiſci de Gallia moſcata nullum færè uſum hodiè habent, niſi fortaſſe quibuſdam aliis medicamentis, electuariis nempè, pilulis, vel ſpeciebus miſceantur, ſed vel plurima ex iis medicamentis ſunt obſoleta, vel iiſdem, uti diximus ſuprà, miſceri, poſſunt ingredieutia ipſa Trochiſcorum; itàque non eſt neceſsè, quod illos præparent Pharmacopei, ſi tamen' præparare, velint, ac debeant, præparent, pròut notantur Tab. 2. n. 3.

Trochiſcis anumerantur etiam Paſtili, qui prò ſuffitu uſurpantur; inter quos laudantur paſtilli de Benzoè, paſtilli Aliptæ Moſcatę, & prę cæteris paſtilli hiſpanici, quos, ſi velint, præparare Pharmacopei, illorum deſcriptionem habent Tab. 2. num. 8.

Poſt' trochiſcos ſuccedunt ſpecies, Pulveres, & Trageæ, quę conſtituunt quintam medicamentorum compoſitorum claſſem; ſit igitur.

CLASSIS QUINTA

De ſpeciebus, Pulveribus, & Trageis.

IN hac quinta claſſe continentur omnia illa medicamenta, quorum ingredientia, ſunt quidèm in pulverem redacta, quemadmodùm illa pilularum, & trochiſcorum, quin' etiam plurium electuariorum, ſed non ſunt poſteà in ſolidam aliquam formam, mediante liquore aliquo compacta, uti pilulę, trochiſci, electuaria, ſed relinquuntur in ſua forma pulveroſa; ex his, alia ſpecies dicuntur, & ſunt illa, quæ ex ſimplicibus aromaticis, ſimul commixtis, componuntur: alia Tragearum nomine veniunt, quæ ſcilicet, vel ſacharum, vel ſacharata admixta habent: alia pulveres ſimpliciter dicuntur, & ut plurimùm ſimplicia medicamenta ſunt, nihilque aromaticum admixtum habent: ex ſpeciebus aliæ ſunt purgantes, & ſolutivæ, uti ſpeties Diaſennæ, ſpetie Eleſcoph, alię alte-

xantes

rantes, aliæ corroborantes, confortantes, & cordiales: aliȩ alios usus præstant; ità pariter, & trageæ, ac pulveres. Inter pulveres purgantes, quin' immò catharticos, & emeticos, celebris est pulvis, qui dicitur Algaroti, ab ejusdem auctore, qui fuit Vincentius Algarotus Medicus Veronensis, hic pulvis chimicis dicitur, *Aquila Alba*, & est quædam prȩparatio Antimonij, quam olim dispensabant RR. Patres Capuccini, sed tandèm per suos superiores vetitum iisdem fuit, illum dispensare; nequè enim fas est, hujusmodi remedia in vulgi potestatem ponere, ut illis indiscriminatim utatur in quocumque morbo, in quacumque ȩtate, & temperamento: pessimos effectus ab ejusdem usu importuno productos, non una vice vidi, & præcipuè in quodam Cathedralis Ecclesiæ Canonico Præposito, cui fatalis fuit hujusce pulveris exhibitio, inter Pleuritidis initia; exhibitus autem fuit titulo benevolentiæ, & caritatis ab amico: Celebris est etiam pulvis cornachini Medici Florentini, qui componitur ex Diagridio sulffurato, stibio diaphoretico, & cremore Tartari; optimi effectus ȩquidèm est, sed ejusdem ingredientia simul miscentur tunc, quando in usum duci, debet, & uniuntur simul ingredientia in illa dosi, quæ à Medico ordinatur, & præscribitur. Cornachinus tamèn non fuit primus inventor hujusce pulveris, sed illum habuit à nobili quodam Anglo, a comite scilicet de Vvarvich, Cornachinus illum publici juris fecit, methodumque exposuit, qua procedendum est in ejusdem prȩparatione, & usu.

Pulvis Algarotti.

Pulvis Cornachini.

Annis proximè elapsis, in usu esse, cȩpit pulvis Catholicus, seù Magnesia alba, ità a Venetis dicta, à nonnulis tamquàm arcanum magni momenti habebatur, & inter dulcificantia prȩsidia validiora primum, & præcipuum obtinere locum; verùm quia apud Medicos Ferrarienses nullam ex indè famam adeptus est, nullum enim, præceteris hujusce census remediis, maius juvamen afferre, unquàm observatum fuit, ideò statim inter abrogata medicamenta repositus fuit hujusmodi pulvis; est autem quædam præparatio, & calcinatio illius crasse, & oleosæ portionis nitri, quæ separatur in ejusdem depuratione.

Hisce pulveribus catharticis addi, debet, sal catharticum, quod pavcis ab hinc annis nobis innotuit, & à nonnullis in

usum

usum duci, cæpit, & vulgò dicitur, *Sale d' Inghiltera*, ex Anglia enim ad nos defertur. De hoc dubius eram, an' inter sales factitios, an' verò inter nativos esset connumerandus, de qua re pariter dubię erant Pharcopeorum, quin, & Medicorum sententię. Opinabantur multi, hujusmodi sal extrhai, ac separari ab aquis Ebsomiensibus, & esse illud idem sal, de quo Grevù satis elegans evulgavit tractatum, usque de anno 1697. à quo tempore famam accepit primò in Anglia, posteà etiā apud alias nationes hujusmodi sal, cum enim eximias ejusdem dotes, & facultates in plurimis curandis morbis, de predicet in suo tractatù Grevù, qui primus etiam modum, extrahendi hujusmodi sal ab aquis ebsomiensibus, docuit, at posteà suspicari, cæperunt nonnulli, an' illud sal catharticum, quod hodiè ex Anglia ad exteras regiones in tanta copia advehitur, verè sit sal, extractum ex aquis ebsomiensibus, suspicioni ansam dederunt, & copia salis, quod ex Anglia transmittitur, & vile prętium ejusdem; neque enim aquas ebsomienses tantam salis copiam suppeditare, posse, iisdem videbatur, & majùs requiri impendium, prò ejusdem extractione, quàm possit, conpensari vili prętio, quo nunc in Pharmacopoliis divenditur. Facta igitur hujusce rei diligenti inquisitione, innotuit tandèm, quod sal catharticum, quod hodiè in pharmacopoliis dispensatur, advehitur quidem ex Anglia, sed non est sal extractum ab aquis ebsomiensibus; etenim suppeditatur à duabus salinis, quę in ipsa Anglia famam habent, quarum una est propè Limington, altera propè Portsmouth, nàm à tumulis salis fossilis, quod ibidem extrahitur, excurrit liquor amarus, salsus, acris, & pungens, ex quo sapore salso, & amaro suspicati sunt docti viri in Anglia, hunc liquorem esse saturatum duplici sale, marino scilicet, & amaro: ecogitabant igitur, quomodò duo isti sales ab invicem disiungi, ac separari, possent, & à suo liquore secerni, quod variis factis experimentis, iisdem prò voto successit, nàm excavatis suprà terram canaliculis, per quos salsus liquor decurreret, facilimè illum in sal densari observarunt, cujus facta solutione in aqua communi, & posteà facta aquæ evaporatione, observarunt salis marini cristallos, utpotè graviores, in fundo vasis, salis verò amari cristallos, utpotè leviores in supeficie vasis formari, collectis

igitur

igitur salis amari cristallis, qui albi, & lucidi sunt, cum illos plurimam cum sale, extracto ex aquis ebsomiensibus, convenientiam, & similitudinem habere, viderent, iisdem etiam virtutibus, & facultatibus, & pręsertim catharticis, præditos esse, putarunt, de qua re plurimis experimentis certiores facti, illos sali aquarum ebsomiensium succedaneos fecerunt, illosque dispensare, & ad exteras regiones, apud quas sal aquarum ebsomiensium jàm famem acceperat, transmittere, cęperunt, ac hodiè etiam transmittunt. Sal igitur catharticum, quod hodiè ex Anglia in Galliam, & Italiam transfertur, non est sal aquarum ebsomiensium, sed extrahitur ex salinis, quę sunt propè Limington, & propè Portsmouth; sed qualecumque sit hujusmodi sal catharticum, quod hodiè dispensarur in pharmacopoliis, nulla apparet necessitas, quod illo augeatur suppellex medica, innumera adeò sunt hodiè, uti diximus, medicamenta purgantia, & cathartica, ut nullo modo illorum numerum augere, opus esse, videatur, plurima potiùs expungenda essent, & eliminanda, & multò minùs iisdem sal catharticum addere, necessarium videtur, quandò in ejusdem exhibitione æedem occurrunt difficultates, quæ occurrunt in exhibitione aliorum catharticorum; debet enim exhiberi in multa dosi, multoque sacharo opus est, ad corrigendam ejusdem amaritudinem, nè sit nauseosa sthomaco, & onerosa, & de hujusmodi sale cathartico verificatur illud idem, quod de aliis medicinis purgantibus dicebat Galenus, quod *sola exibitio in manu Medici est*, *reliqua verò fortuna administratrice contingunt*.

Displicet Zuvelfero prodigiosa ubertas tot, tantorumque pulverum, & specierum, quarum vel paucæ, eiusdem calculo, merentur, quod in Pharmacopoliis paratæ habeantur, primò quia alię tanta ingredientium, inter se pugnantium, copia, & varietate sunt pręparatæ, ut assumentibus nauseam moveant, secundò quia si intimiùs examinentur nonnullarum compositiones (sunt verba Zuvelferi) *risum extorqueant*, reverà tamèn non omnes sunt improbandæ, non omnes excludendæ, nonnullę sunt retinendæ, aliæ reformandæ. Qui pulveres, quæ species, quę tragеę in pharmacopolijs prostare, debeant, notatur in indice quinto Tab. 4.

Species Alj Abbatis nequaquàm sunt improbandæ, merito

Species Ali. ritò enim hodiè in plurimo ſunt uſu, cum valdè conferant ad demulcendam nimiam limphæ, à capite ad fauces defluentis, acrimoniam, ad leniendam tuſſis aſperitatem, & phtiſicis utiles ſunt, & præcipuè, ſi cum ipſis ſacharo exceptis fiant rotulæ; nàm ſic ab ægrotantibus commodè aſſumi, poſſunt, vel etiam, ſi cum aliquo convenienti ſyrupo miſceantur, tragea fieri, poteſt, huiuſmodi tamèn ſpecies diutiùs pręparatæ conſervari, nequeunt: illarum deſcriptio habetur Tab. 2. num. 2. Claſſ. v.

Species Cordiales temperata. Plurimæ habentur deſcriptiones ſpecierum cordialium prò cibo, quę omnes ſunt reiciendę, & ſolummodò ſpecies cordiales prò epithemate retinendæ ſunt, vel etiam ſpecies cordiales temperatę, ſed ſine gemnis, quarum deſcriptio habetur *Species Cordiales prò Epithemate.* ibidem Tab. 2. n. 2., quemadmodùm etiam ſpecierum prò Epithemate num. 10.

Ommiſſis ſpeciebus Diamagrarithonis calidis, pharmacopei præparent ſolummodò frigidas, iuxtà deſcriptionem, quæ traditur Tab. 2. n. 1. claſ. 5.

Species Diarrodon Abbatis. Species Diarrodonis Abbatis præparatas habeant in ſuis pharmacopolijs, ſed Auguſtanos imitati, in illarum compoſitione ommittant Aſſarum, Moſchum, & Ambram, quorum odore plurimùm noxæ ſuſcipiunt multi, & fæminæ præcipuè. Circà ſpecies Diarrodonis Abbatis notandum, quod á recentibus pharmacopeis parùm approbantur, cum plurima illarum ingredientia videantur parùm opportuna, alia non convenientia; reformentur itàque, & præparentur, proùt reformatæ exhibentur Tab. 1. num. 1. Claſs. v.

Species lyptontriptica. Species lyptontripticę in aliquo uſu ſunt, incerti tamèn effectus, in expellendo calculo renum, vel veſcicæ, nàm in tanta illa ingredientium farragine, non apparet, à quo nephritici auxilium ſperare, debeant; præparatas tamèn habeant in ſuis pharmacopolijs Pharmacopei, illarum deſcriptio traditur Tab. 1. num. 2. claſ. 5.

Species Diaſſena. Prò pauperibus præparari, poſſunt, ſpecies Diaſennæ cum vel ſine ſcamonio, ut prò Medicorum lubitù diſpenſari, poſſint, *Pulvis Hermodiatilata.* vel illæ, vel iſtę: pulveris Hermodactilatæ varię ſunt deſcriptiones, quæ tamèn parum inter ſe defferunt, illum præparent Pharmacopei, proùt deſcriptus eſt Tab. 2. num. 2.

Invaluit apud nos uſas pulveris Guttetæ, quod importat pulve-

pulverem epilepticum; censetur multæ efficatiæ ad avertentendos, & præcavendos epilepticos puerorum insultus: habeant prȩparatum Pharmacopei, iuxtà descriptionem Riverij, hæc enim magìs arridet, quàm altera illa, quæ traditur à D. Lemmeri. Pulvis Guttetæ notatur Tab. 2. num.4. sint cauti admodùm pharmacopeorum ministri, & attenti, nè prò pulvere Guttetæ dispensent Gutgumam, quemadmodùm olìm hic Ferrariæ, & Romæ factum fuisse, mihi constat; undè optarem, quod iuniores Medici, quandò ordinare Guttetam, ipsis opus sit, adderent semper in recepta, *Parisiensem* utì. *Pulvis Guttetȩ.*

℞. Guttetȩ Parisiensis recenter prȩparatæ, si enim tali modo se contineant, non erit adeò facilè, quod prò Guttetta, Gutgumma dispensetur: animadvertant præterea Pharmacopei, quod licèt in descriptione Guttetæ, quam tradit Riverius, reliquis ingredientibus admisceantur moschus, & folia auri, aliqua eius portio tamèn sine moscho prȩparari debet, fȩminis prȩsertìm dispensanda: altera pars eiusdem, cum moscho prȩparata, prò puerulis, & infantibus in usum duci, poterit.

In aliquo usu sunt speties Diatronsantalon in quarum præparatione nonnulla occurunt, quæ correctione indigent, ideòque eorum compositio reformata exhibetur Clas. v. Tab. 1. n. 3.

Grassatur aliquandò Tussis molestissima, & infantes, ac pueros præcipuè exagitat, & contumacissima omnibus remedijs resistit, illorumque efficaciam eludit, domatur tamèn fȩlicissimè, si diutiùs in usum ducatur pulvis, quem describit Dominus, à Mynsicht, & eius descriptio traditur Tab. 2. num. 8.

Hisce præhabitis de speciebus, pulveribus, & trageis ad alteram classem deveniendum, quæ est.

CLASSIS SEXTA

De Extractis, Magisterijs, & Tincturis.

EX quò, inita societate, auxiliares sibi porexere manus schola Galenica, & Chimica, Dogmatica Medicina barbariæ deposita, deposito sitù, & squalore, quem ex diuturno in Arabum scholis contubernio, contraxerat, & aspectù pulcrior, & forma elegantior apparuit; plurimis potissimùm au-

cta remedijs elegantioribus, iucundioribus, & utilioribus; etenim hodiè aucta est medicamentis Chimicis suppelex medica, cum eidem accesserint Extracta, Magisteria, Tincturę.

Sunt maximi in medicina usus extracta, cum in ipsis contineantur partes magis essentiales, & magis activæ simplicium medicamentorum, à scorijs inutilibus separatæ, & mundatæ, cum nihil aliud sit extrahere, quàm intùs latentem nobiliorem partem educere, & ab ignobili separare, seù ut alijs placet, extractio est illa, quæ è mixto partes nobiliores, & subtiliores, à menstruo apprehensas, elementari crassitie in fundo relicta, extrahit, & per consequens extractum est *melior alicuius mixti essentia, convenienti menstruo extracta, & ad consistentiam quamdam redacta*, hinc est, quod extracta in pauca quantitate assumpta, magnos præstant effectus, plurima afferunt ægrotantibus commoda, multum prætereà per extracta ęgris gratificatur, cum enim plerique ab assumptione medicamentorum abhorreant, facilior, & iucundior per extracta fit illis medicamentorum assumptio. Et æquidèm in extractis, continetur medulla, & actuosior substantia medicamentorum, activæ magis scilicèt particulæ, à vinculis solutę, & in libertatem positæ, quin' utpotè simul aglomeratæ, & unitæ, viribus auctæ.

Extractorum campus latissimus est, cum fieri, posit extractio ex vegetabilibus, ex animalibus, & mineralibus.

Ci cà illorum præparationem multa essent animadvertenda, sed nè longiores nimis simus, nonnulla solummodò ex multis delibabimus; & primò, quod prò quacumque extractione suum requ ritur particulare menstruum, nempè liquor, qui, alicui corpori affusus, illud specificè solvat, & aliquid ab eo extrahat; cùmque menstrua possint, esse naturalia, & artificiala, intèr menstrua naturàlia magis universale, & commune est aqua, hæc etenim, corpora simplicia, cum quibus habet conformitatem, vel simbolum, ratione texturæ partium, facillimè dissolluit, illorum compag em reserando, intràque suos porros solutas particulas suscipit, & admittit, sales scilicèt, ratione figuræ, & diametri porris suis conformes imbibit. Menstrua art ficialia sunt diversæ naturæ, sulphurea videlicèt, & salina, vel salino sulphurea, ex quibus non quodlibet cuicumque extractioni est conveniens, sed simbolam naturam debent,

bent, habere eum corpore, cuius solutio intenditur; & ex quo fieri, debet extractio. Eligant igitur Pharmacopei, ijsdemque utantur, menstrua proportionata corporibus, ex quibus extractio fieri, debet; inter menstrua artificialia magis universale est spiritus vini, imbibitas autem à menstruo particulas separent opportunè, vel facta menstrui evaporatione, si tale sit, quod evaporare possit, vel particularum imbibitarum præcipitatione, illud ulteriùs adnotandum, quod menstruum non sit talis conditionis, quod possit absorptas, & imbibitas particulas immutare, & alterare; illudque cavendum etiam est, nè simul coeuntibus, & unitis menstrui, & corporis, cuius solutio intenditur, particulis, in novum ens transeant; illud tandèm sciendum, quod menstrua prò extractione, non debent esse saturata particulis aliorum corporum, primò quia parùm, aùt nihil extraherent, secundò quia particulę, quibus menstrua essent imbibita, immutarent particulas, quibus denuò imbibi, debent, illasque sua adhæsione, suaque unione, vel suis dotibus spoliarent, vel irretirent, & ineptas ad agendum, redderent; ideòque decoctiones, & infusiones excludendæ à ratione menstrui prò extractionibus: animadvertant rursùs, quod verè extracta haberi, non possunt ab illis corporibus, quorum efficacia consistit in partibus volatilibus, & spirituosis; ideò à rebus aromaticis, odoriferis scilicèt, & spirituosis, vera extracta haberi, non possunt; cùm enim partes huiusmodi spirituosæ, & volatiles facilè menstruo associentur, facilè etiam cum ipso avolant. Extracta igitur peti, debent, ab illis mixtis, quorum efficacia consistit in partibus terreis, salinis, & resinosis.

Extracta alia sunt simplicia, alia composita: simplicia, vel sunt alterantia, ut extractum Gentianæ, Centaureę, Peoniæ, vel purgantia, ut extractum Rhabarbari, Agarici, Aloes, & alia huiusmodi; ità pariter extracta composita, vel simpliciter alterantia sunt, ut extractum cefalicum maiùs, & minùs Quercetani, extractum hystericum Schroderi, & similia; vel purgantia, ut extractum Panchimagogum.

Quæ extracta, debeant, prępararc, & præparata habere Pharmacopei, exponitur in Indice *6.* Tab. 3.

Extractis affines sunt succi condensati, extracta tamèn dici, nequeunt, cum nulla in his habeatur extractio, seu ha-

vetur solummodò succorum, è vegetabilibus præcipuè expressorum, condensatio, facta per blandam evaporationem superfluę humiditatis, quæ blanda evaporatio promovetur calore levi, & moderato. In eodem Indice pariter notantur succi condensati, qui in Pharmacopeorum officinis prostare, debent.

Similiter maximam societatem cum extractis habent Magisteria, nàm licèt magisterij nomen primò impositum fuerit quibusdam medicamentis, prò quibus componendis maxima arte, summo studio, & plurima diligentia opus erat, potissimùm ut conservarentur in ipsis intactæ vires, & facultates illorum simplicium, undè fierent, hodiè tamèn apud Pharmacopeos magisteria sunt quædam medicamenta, in quibus conservantur intactæ partes homogeneæ alicuius corporis, nequaquàm alteratę, aùt viribus destitutę, à crassioribus tamèn, & quæ minùs utiles sunt, separatæ. Conveniunt quòad præparationem cum extractis, ex eò quod, prò conficiendo magisterio, illi corpori mixto, ex quo magisterium extrahi, debet, debet affundi aliquod menstruum proportionatum, per quod solutæ ad invicem, illius mixti particulæ, absorberi, possint, & imbibi ab ipso menstruo, & per consequens illius mixti haberi tinctura, menstruum nempè inficiatur, & saturetur minimis particulis illius mixti, cui affusum fuit. Hoc facto promovetur pręcipitatio particularum imbibitarum (præmissa tamèn aliqua menstrui evaporatione) quæ ubi fuerint præcipitatæ, & à menstruo separatę, levitèr rursùs evaporato humido, quod secum traxerant, remanent sub subtilissimi pulveris forma, & hæc sunt magisteria; ideòque extracta resinosa, quia separantur à menstruo per præcipitationem (quæ pręcipitatio pręcipuè promovetur affusa aqua] dicuntur etiam ipsa magisteria; undè extractum resinosum, tùm radicis ialapæ, tùm mecoacanæ Magisterium dicitur, quæ etiam resinæ nomine à nonnullis designantur.

Tincturæ tandèm sunt extractis, & magisterijs associandæ; etenim Tinctura est separatio, seù extractio coloris unius, vel plurium mixtorum, eiusque intrà quempiam liquorem, seù menstruum receptio; huiusmodi autèm coloris extractio, seù separatio in se continet portionem purissimę mixti substantiæ, quæ à proprio corpore secreta, & dissoluta fuit, & men-

stru

ſtruo coniuncta, quod illius viribus, unà cum colore imbuitur.

In Pharmacia Galenica tincturæ vegetabilium uſitatiſſimæ ſunt, quæ tamèn ſolummodò præparantur, quandò in uſum ducendæ; poſſunt etiam ad aliquod tempus conſervari, ſi lagenis, quibus excipiuntur, tantilum olei amigdalarum dulcium ſuperaffundatur, ad prohibendum aeris ingreſſum, à quo facilè corrumpuntur: Tincturæ, quæ præparantur in officinis Chimicis, durabiliores ſunt, cum extrahantur menſtruis, corruptioni minûs obnoxijs, & quadam affinitate coniunctis cum ſubſtantijs, undè tinctura eſt elicienda; in hoc differunt tincturæ ab extractis, quod ab extractis ſeparatur menſtruum, tincturę remanent confuſæ cum menſtruo.

Quæ igitur extracta, quæ magiſteria, quas tincturas præparare, debeant, & præparatas habere Pharmacopei, notatur in Indice ſexto Tabulæ tertiæ. Circà magiſteria, ſeù extracta reſinoſa jalapæ, Mecoacanæ, & alia huiuſmodi, illud animadvertendum eſt, quod nequè aquæ, nequè iuſculis ſunt commiſcenda, nequè in pulverem redacta, ſunt exhibenda, niſi, prius alicui conſervæ, aùt ſyrupo miſceantur, alitèr ventriculo, & inteſtinis ſe aglutinant firmiter, & plurima pariunt incommoda, dolores nempè colicos, & fluxus alvi enormes, ad quæ evitanda incommoda, vel ſyrupis ex ſacharo, aùt melle, uti dicebam, ſunt immiſcenda, vel cum aliqua conſerva; cum ſpiritù etiam vini diſſolui, poſſunt. Exhibitio huiuſmodi reſinarum eſt incerti, & dubij eventus, quandòque enim nimiùm movent, quandòque nihil; hiſce de cauſis rariſſimè illis utor; quod ſi ialapa, & Mecoacana utendum ſit, eadem exhibeo in ſubſtantia, in pulverem ſcilicèt redacta, & hoc ſemper fęlici cum ſuccesſù. Formula, quæ à mę obſervatur, eſt.

R. Radicis Ialapæ pinguis, & reſinoſæ drach. 1.
Tartari vitriolati ſcrup. 1.
Olei Cinamomi gut. i j.
ſubtiliſſimè pulverizentur, & miſceantur.
Ità pariter exhibeatur Mecoacana.

Circà tincturas pauca habeo, quæ addam' in particulari, ſolummodò neceſſarium exiſtimo, adnotare, quod inter tot, tantaſque Corallorum tincturas, quæ ab auctoribus exhibentur,

tur, paucæ admodùm sunt prò legitimis habendæ, plurimæ autèm reiciendę, & illæ pręcipuè, in quibus Corallum violentiam ignis expertum fuerit, vel salium vim corrosivam; Notant Chimici magis experti, quod color rubeus in menstruis, usitatis prò extractione huiusce tincturę, conspicuus, est effectus diuturnæ digestionis, & notat Zuvelferus, quod, in illis suppositis corallorum tincturis, nihil habetur extractum è sinù coralli, quod sit maioris efficaciæ, & energiæ, sed solummodò habentur imbibitæ ab ipsis menstruis minimæ particulæ, per acidum menstruum à Corallis corrosæ, & de facto addito Oleo tartari pręcipitantur imbibitæ particulæ, quæ posteà magisterij nomine designantur. Inter diversos modos pręparandi diversas adeò Corallorum tincturas, magis à me approbatur ille, qui exhibetur Tab. 2. num. 1. Notat Offmanus, quod in tinctura Corallorum, quam exibet Quercetanus, tota virtus dependet à salibus acidis, quibus corallia soluta sunt, non à corallis: putant nonnulli feliciori eventù extrahi spiritù vini tincturam corallorum, si addatur Camphora, sed & in hac pręparatione nihil è corallo extrahitur, cum rubedo dependeat à spiritibus salis cum sulphure commixtis, vel à longa digestione spiritus vini, quod idem contingit in tinctura Basilij; ità pariter diversæ illæ Hartmani tincturæ improbantur, quia prima, facta supponitur ex fictitio sale corallorum, in secunda per tot calcinationes destruitur vis, & corallorum potestas, si aliqua sit, ità pariter & Poterus de tinctura facta per spiritum ardentem corallorum, dubitat, an' potiùs tribuenda sit aceto, qui absconditus sit inspiritù ardenti corallorum, an' verò ipsis corallis, quod paritèr suspicari, debet, de tinctura per spiritum melis facta; nàm spiritus melis facilè de se adsumit tincturam rubram, si enim cum spiritù vini mel digeratur, dat tincturam purpuream, & si iungatur cum sale tartari, ad instar sanguinis mel rubescit; ità sanè plures aliæ corallorum tincturæ, fictitiæ censentur, & aliundè, quàm à corallis provenire, putantur, tinctura scilicèt holosaltica, tinctura per oleum Citri extracta, quę omnes à Schrodero, tamquàm legitimæ proponuntur.

Tinctura de Carabe Placeret, quod imposterùm Pharmacopei præparatam haberent in suis pharmacopolijs tincturam de Carabe, potentissimum,

tissimum, & efficacissimum remedium ad expellendum fętum mortuum, & secundinam retentam; occultare illam, nonnullis hucùsque placuit; nescio, an' salva conscientia; etenim illa remedia, quæ maximam afferunt utilitatem, & evidentissimè succurrunt in morbis difficillimis, & à quibus iminet periculum vitæ, nisi ijsdem opportunè succurratur, nullo modo occultari, debent, ab homine Christiano, & multò magis inclitæ religionis socio, quæ pietatem, & ergà proximum charitatem profiteatur. Iàm in meis observationibus, ad tractatum D. Sponij de febribus, & febrifugis, docui, Medicum omni jure teneri, patefacere remedia, quęcumque habeat certa, & experientia confirmata, undè hic solummodò adducam Sennertum, qui in suo tractatu de consensù, & disensù chimicorum ait: *Dubito an Medicus Cristianus, salva conscientia, possit medicamenta, quibus gravissimi morbi curari, queant, occultare; & si id faciat, an' Cristiano rem dignam faciat:* Quommodò igitur hæc tinctura sit præparanda, habetur Tab. 2. num. 2. Class. v.

Placet etiam, hìc addere tincturam stomachicam febrifugam, quæ cum felici succesù usurpatur in febribus cronicis, & contumacibus, ubi potissimùm ab erroribus primę concoctionis ortum habeant, quæ tamen' non connumeranda est inter illas tincturas, quas præparatas haberi, volumus, in pharmacopolijs.

Tinctura Sthomachica.

R. Corticis Peruviani febrifugi unc. i. frangatur manibus, vel leviter contundatur pistillo ligneo: infundatur in lib. iv. spiritus vini rectificati, & ab omni phlegmate depurati, addantur abscinthij pontici recentis folia ad unciam unam, cinamomi parùm, & omnia in vase vitreo optimè clauso per xxxx. dies stent soli exposita, vel in fimo equino, fiat postea colatura, quæ per chartam emporeticam traiciatur, & reponatur in aliquo vase: usus sit ad choclearia duo, vel tria, in aquæ Centaurei, vel Cardui benedicti duobus, vel tribus cochlearijs.

Variæ pariter habentur præparationes tincturæ chalibis; placet, quod sine accidis extrahatur, & potissimùm, quod extrahatur succo promorum dulcium, habeant tamèn pręparatam

tam etiam tincturam martis tartarizatam; hujusmodi tincturarum preparationes, quommodò fieri, debeant, exponitur Tab. 2. num. 3. & num. v. Class. 6. ità pariter magisterium martis iuxtà descriptionem Adriani à Mynsicht preparari, debet, & habetur descriptio ibi Tab. 2. num. 7.

Laudanum liquidum Sydenam.

Inter tincturas reponi, potest laudanum liquidum D. Sydenam, quod præsertim præparare, debent nostri Pharmacopei, potiùs quàm Laudanum liquidum Schroderi, quod non est majoris efficatiæ, sed majoris quidem impendij, quod sanè animadvertendum, nè scilicèt magnis sumptibus ægrotantes emant sanitatem, quam minori impendio sibi comparare, possunt. Præparent igitur nostri Pharmacopei Laudanum liquidum Sydenam, illumque dispensent, quandò aliter non ordinetur à Medico; præparent autèm pròut describitur Tab. 2. Clas. 6. num. 6.

CLASSIS SEPTIMA.

In qua continentur sales, & spiritus.

MAximos habent in Medicina usus sales, cum multùm valeant prò curandis morbis, etiam majoris periculi, & majoris momenti; plurimus igitur illorum est numerus in pharmacopolijs, & alij sunt naturales, & nativi, qui vel intrà terre viscera generantur, vel in eiusdem superficie concrescunt, seû aqua, seù aere suppeditante materia: alij verò ab arte fiunt, & precipuè in chimicorum officinis elaborantur. Sales naturales, de quibus tamen' nunc non est habenda consideratio, licèt illorum sit usus in medicina, sunt sal commune, sal gemmæ, sal nitri, sal armoniacum, & vitriolum, quibus & arsenicum addi, potest, quod tamen' inter sales, & sulphura ambigit. Sales artificiales, seù factitij sunt illi, qui arte, & precipuè ignis ministerio è corporibus mixtis etrahauntur, extrahuntur autem è metallis, & mineralibus, seù ab animabilibus: Communiter dividuntur in sales fixos, & volatiles, & ex his mixtos, quos sales essentiales appellant. Sales fixi extrahuntur presertim' è vegetabilibus, volatiles ab animalibus, ab eorum nempè partibus, vel etiam

ab

ab eorum excrementis ; Dubitant nonnulli, an' sales, qui per artem ex concretis fluunt, sint formaliter in ipsis, an' verò materialiter solummodò, an' verè præexisterent in ipsis concretis, an' sint producta ignis; è scola chimica in reliquas scholas, tùm philosophicas, tum medicas dimanavit opinio, materialem rem nullam esse, quæ salis prorsùs sit expers, quin' alij, rerum naturalium constitutionem, primitùs ex salium concretione derivant, undè salia, quæ ex concretis eliciuntur, iisdem inesse, sub illa pręcisa forma, sub qua extrahuntur, prætendunt, & salium præparationem, nihil aliud esse, quàm extractionem. Michi tamen' magis arridet illorum sententia, qui asserunt, salia Alkalica, nequè antè corporum coagmentationem existere, nequè ad mixtionem faciendam confluere, nunquàmve in naturali corporum ressolutione apparere, sed eadem esse producta ignis; undè materialiter quidèm, & potentialiter ista salia alkalica in concreto antè conflagrationem, existunt, non autèm formaliter, seù in forma Alkali. Quomodò autem sal volatile corporis, quod crematur, sui sulphuris abreptione fixetur in alkali, non est hujusce loci examinare; solummodò dicam, favere huic sententię [quam ego, ut veritati magìs consonam sequor] observationem factam à doctis viris, quod nullnm vegetabile habeat sal fixum, nisi actuali igne comburatur, quod ex lignis putridis, quacumque arte fuerint in cinerem redacta, nunquàm sal extrahitur, quia in resolutione illorum, facta ab aeris sale, dùm putrescunt, unà cum aliis principiis sulphureis, & spirituosis, sal potentiale avolavit. Sed undè digressi fuimus, redeuntes; salia volatilia sunt illa, quæ ad instar spirituum, levi ignis calore concitata, sublimia petunt, salia essentialia sunt illa, quæ ex vegetabilium succis extrahuntur, quę mediæ naturæ sunt inter volatilia, & fixa: Salia autem fixa sunt illa, quæ facta concreti per ignis violentiam destructione, præparantur; circà hujusmodi salium ex vegetabilium familia extractionem, licèt res sit communissima, adhùc tamèn nonnulla adnotare, placet, in gratiam illorum, qui in arte pharmaceutica adhùc novitij sunt, & primò, quod herbæ, & radices, dùm comburuntur, nullo vase inclusæ esse, debent; sed cęlo aperto, & in aprico comburi, debent; secùs enim, si in olla, vel alio vase fiat com-

 bustio,

bustio, non cineres, sed carbones, prò extrahendo sale inutiles, habentur. Secundò approbari, non potest id, quod faciunt nonnulli, qui peracta herbarum, & radicum incineratione, ut salem aquirant pulcriorem, & cristallinum, nec tàm facilè in frigore liquabilem, denuò cineres addita sulphuris dupla, vel æquali portione calcinant, ad totalem sulphuris conflagrationem; etemim dùm sulphur deflagrat, eius spiritus salem in cineribus existentem, reddit vitriolatum, non aliter, ac si spiritus sulphuris, vel vitrioli sali additus esset, undè salina substantia nativa mixti destruitur, & in ens peregrinum transmutatur, suisque dotibus spoliatur, saltèm eius efficacia multùm debilitatur; magis tamèn improbandi sunt illi, qui jàm confectis salibus iungunt aquam fortem, quo minùs in frigore liquescant, & meliùs ad cristallinam diaphaneitatem perduci, vel in cristallos maiusculos redigi, queant, quod sanè pessimum crimen est, minimèque admittendum. In præparatione igitur salis Abscinthij, Centaureæ, & similium, quandò habita sit recta calcinatio cinerum, nullo modo opus est, quod cineribus sulphur addatur, nequè enim tàm facile in frigore liquescunt, nequè difficulter in cristallos rediguntur, quod si nonnullis placeat cineribus, ex quibus sales, facilè liquabiles eliciuntur, aliquid sulphuris admiscere, in pauca admodùm dosi misceatur, cum sufficiat uncia una, vel altera sulphuris prò una libra cinerum.

Prò extractione itàque salium fixorum è vegetabilibus, sequenti methodo, utpotè simpliciori, & faciliori est procedendum, facta incineratione illius plantę, undè sal extrahi, debet, & cineris calcinatione, uti suprà dictum est, cineres ebulire faciāt in sufficienti quantitate aquæ, in vase terreo, vel ferreo, recenti aqua identidèm reafusa, donec omnis salsedo extracta sit è cineribus, lixivium inspissatur, facta evaporatione ad siccitatem salis, qui cum impurus remaneat, & lixivialem odorē redoleat, ad illud purificandum, utque ingratus odor adimatur, necesse est, quod in crucibulo denuò igni committatur, & ubi primùm fluit, effundi, debet, & aqua affusa iterùm solui, filtrari, & ad siccitatem coagulari, & tandèm leniter, & successivè abstracta humiditate, in cristallos redigi. Alio modo tamèn sal fixum è vegetabilibus extrahendum esse, decent nonnulli, & tali modo sal fixum magis perfectum extrahi; putant.

Exsica-

Exſicata planta, ex qua ſal elici debet, illam igne aperto comburunt, illudque præcipuè animadvertunt, quod tota in cinerem reſoluatur, nullique remaneant carbones; quod ſi aliqui remaneant, illi à cinere ſeparandi ſunt, adhibito rariori cribro, quodque cribrum ſpecierum dicunt, huic cineri cribrato, & ab omnibus extraneis,ſi quæ ſint, emundato, addunt, & immiſcent ſulphur pulverizatum, uncias ſcilicèt duas unicuique cinerum libræ: inquiunt poſteà, quod cinis, tali modo prẹparatus, in vaſe fictili reponendus, & fornaci figulinæ tradendus, ubi per tot horas calcinari, debet, quot ad coquenda vaſa fictilia requiruntur, hoc facto, cinis calcinatus, denuò per ſetacium cribratur, ac indè in ſuficienti quantitate aquæ, iàm ferventis, infunditur, ac parùm ebulire, ſinitur: poſteà vaſe ab igne remoto, filtratur lixivium per manicam Hyppocratis, quæ filtratio peragitur, uſquequò lixivium clareſcat; filtratum lixivium denuò in vaſe fictili vitriato deponitur, ac rursùs ebulire, ſinitur, donec levis pellicula appareat in ſuperficie, tunc removeatur ab igne, & abſque mora denuò filtretur lixivium filtro, ex charta emporetica jàm prẹparato; reponitur tandem filtratum lixivium in loco frigido; tunc enim frigefacto lixivio, & per inclinationem e vaſe educto, apparet ſal in fundo vaſis depoſitum, & etiam parietibus adhærens, quod colligitur, & aſſervatur, lixivium autem ablatum rursùs ebuliat, donèc rursùs pellicula appareat, tunc denuò filtratur, quò filtrato, ac frigefacto, & per inclinationem è vaſe educto, ubi appareat, uti prius, ſal in fundo vaſis, & ejuſdem parietibus adhæreat, illud ſimiliter colligitur; & aſſervatur, hæc omnia repetuntur, donèc totum lixivium, per hujuſmodi repetitas evaporationes, in ſal converſum fuerit, quòd ſanè magis perfectum erit, quam ſi alio modo præparatum fuerit, inquiunt iſti auctores.

Sales eſſentiales ex vegetabilibus ſinè incineratione, ſeù calcinatione extrahuntur, tali pacto. Contunduntur folia, & radices alicujus plantæ V. G. Cardui benedicti in mortario marmoreo, vel ligneo, cumque omnis ſuccus ſecundum artem expreſſus fuerit, depuratur, & filtratur, quin' cum albumine ovi clarificatur, leniter deindè ebulire, ſinitur in vaſe terreo, ac interim diligenter deſpumatur, & cum ad conſiſtentiam melis devenerit, ponitur in alio vaſe vitreo, & relinquitur

 vas

vas in loco frigido, immò frigidiſſimò per quinque, vel ſex dies, & interim' apparebit ſal elegans chriſtallinum, quod colligi, debet, & aqua Cardui benedicti benè lavari, & exſiccari. Hujuſmodi ſal eſſentiale, ſali fixo præferendum videtur, cum majoribus viribus polleat, quia integritas ſalis volatilis in illo habetur, nequè hujuſmodi ſal ignis productum cenſeri, poteſt: nonnulli non extrahunt ſal eſſentiale ab herbarum ſuccìs, ſed ab aqua, in qua herbæ decoctæ fuerint, quam decoctionem, facta priùs colatura, cum forti expreſſione, intrà vas terreum reponunt, ac evaporare, faciunt, donec' ad melis conſiſtentiam reducatur, tunc ipſum ſuccum in loco frigido relinquunt, per menſem ſaltem, concreſcit enim' intrà hoc tempus ſal, quod colligitur: Mihi tamen magis placet primus præparandi modus.

Quomodò ſales volatiles ex animalibus, ex diverſis, ſcilicèt, illorum partibus, ſeù excrementis, & etiam ex mineralibus, ignis miniſterio extrahantur, non eſt hujus loci examinare.

Novitij in arte pharmaceutica conſulant viros, in hac arte peritos, & ab iiſdem operandi modum ediſcant, mihi nunc ſatis eſt, indicare, quos ſales volatiles in ſuis pharmacopoliis paratos habere, debeant Pharmacopei, indicantur autem Tab. 3. indice 7. Notandum, quod nonnulli ſales volatiles ſunt rarioris uſus, uti ſal volatile cranij humani, ſanguinis humani, frequentior eſt uſus ſalis volatis ſuccini, plurimùm uſum habent ſales fixi, rarioris etiam ſunt uſus ſales eſſentiales.

Poſt' ſalium volatilium conſiderationem, vìdetur opportuna conſideratio ſpirituum, quibus poſteà annecti, poſſe, videntur Elixires. Sub nomine ſpirituum plura comprehenduntur medicamenta, & primò comprehenduntur diverſæ aquæ compoſitæ, & ſpirituoſæ, uti aquę nonnullæ Theriacal es, & Hiſtericæ, Nephriticæ, & Epilepticæ, & præſertim ſpirituum nomine veniunt illę aquæ, quarum baſis eſt ſpiritus vini, minùs propriè tamen' ſpiritus dicuntur; etenim non alia ratione ſpiritus dici, poſſunt, niſi quia extrahuntur ſpiritu vini præcipuæ ingredientium vires, de his igitur hic non eſt ſermo: Dicebat Beguinus in ſuo Tyrocinio Chimico, quod ſpiritus nomine deſignantur liquores, qui participant partim'

de

de aqua, partim' de igne, & proùt sunt magìs aquosi, vel magìs oleaginosi, modò aqua, modo oleum nuncupantur; alij, & meliùs, spiritus nomine intelligunt, quemcumque liquorem partibus spirituosis saturatum, iisdem facultatibus præditum, quibus polet concretum illud, undè separantur. Duplicis naturę sunt spiritùs; nàm alii sunt indolis sulphureę, & inflammabiles, alii sunt mercuriales, & salinofixi, acidi, & penetrantes: primi facilè avolant, & evanescunt, ac remanet aqua insipida, phlęgma dicunt, cui erant immixti: secundi non adeò facilè avolant: in spirituum præparatione diversimodè est procedendum, diversis nempè modis prò illorum extractione, & diversis caloris gradibus utendum est. Spiritus volatiles, & sulphurei blando calore eliciuntur: Modus illos eliciendi non discrepat à distillatione aquarum, inter hæc enim illud solummodò discrimen intercedit, quod aquæ maximam partem phlegmatis continent, spiritus minorem, Spiritus mercuriales, & fixi fortiori igne eliciuntur.

E triplici naturę regno, minerali, vegetabili, & animali suppeditatur materies prò extractione spirituum sulphureorũ, & mercurialium; è vegetabilibus, pręvia fermentatione, extrahuntur spiritus sulphurei, qui etiam quintæ esentię nominantur; prò extractione spirituum mercurialium, sivè fiat è mineralibus, sivè è vegetabilibus, sivè ex animalibus, nulla debet pręcedere fermentatio. Notat Offmanus, spiritus nomen non competere propriè liquoribus illis è mineralibus extractis, cum nihil aliud sint, quàm particulæ salinę, vi caloris à suæ terræ complexù propulsę, indèque fluorem adeptę, & in aquam conversæ; ità sanè huiusce census sunt spiritus vitrioli, spiritus nitri, spiritus salis; sunt enim huiusmodi spiritus mineralium sales resoluti. Notat idem Offmanus, quod ex coralijs, Mercurio, & Saturno per se, nullo modo spiritus elici, potest, quocumque modo tractentur; & ęquidem spiritus coralorum nichil aliud sunt, quam acetum, cuius spicula retusa fuerunt, nisi dicantur fracta, ab alkali Corallorum in distillatione, & de facto Corallum substantialiter remanet in retorta.

Quos spiritus præparatos habere, debeant in suis pharmacopolijs Pharmacopei, notatur in indice 7. Tab. 3. his præmissis in universali circà salium, & spirituum præparationẽ, superest

superest nonnullas adere animadversiones circà easdem in particulari.

Circà salia fixà vegetabilium nihil habeo, quod addam in particulari, ità nequè de sale prunellę, quod nihil aliud est, quàm nitrum purificatum; quomodò autèm nitrum depuretur, reiteratis multis solutionibus, filtrationibus, & coagulationibus, unicuique in arte pharmaceutica leviter initiato, notum est; maiori tamèn apparatu nitrum depurant nonnulli, ut sal prunellæ efforment: Nitrum soluunt in aqua communi, & per chartam emporeticam traiciunt, deindè vase vitreato decoquunt, & crebrò despumant, coagulant postmodùm, & in frigido exsiccatum terrent, deinde sartagini imponunt, ùt inter prunas accensas liquefieri, possit, liquati nitri libræ unę florum sulphuris parum superinijciunt, non totum simul, sed paulatìm, donèc omnis pingendo sulphurea deflagraverit, tandèm nitrum probè liquatum, & purùm in vas ferreum, vel æneam pelvim, priùs probè excalefactam, effundunt, ut frigore concrescat; prima prępáratio facilior est, & magìs placet; nàm per sulphuris deflagrationem avolant spiritus penetrantiores nitri, undè eius efficatia diminuitur.

Quommodò sal prunella praeparetur.

De sale saturni notandum est, quod dicitur etiam sacharum saturni, propter nimiam dulcedinem, qua donatum est. Extrinsecùs solummodò usurpatur, cautè adhùc tamèn usurpari, debet, prò ipso autèm optimo conficiendo queritur, àn minium eligi, debeat, vel cerusa, meliùs est uti minio.

Circà spiritum salis, & nitri notandum est, quod si intrisecùs sint exhibendi, debent esse priùs dulcificati, est enìm summè corrosivus spiritus nitri, antequàm dulcificetur, ideòque illo utuntur prò metallorum dissolutione; dulcificatur spiritù vini rectificatissimo, cuius sulphure implicantur acuti sales ipsius nitri, & retunduntur, undè non ampliùs errodentes adeò sunt, quin' pòst dulcificationem amittit ingratum odorem, quem anteà habebat, & gratum aquirit.

Notandum est, quod isti duo spiritus, ubi intrà aliquod vas fuerint simul repositi, sensim calorem concipiunt, & transacta media hora, validam concipiunt ebulitionem, quæ oritur ex lucta, quam subeunt sulphureę spiritus salis, & acidæ, seù igneę spiritus nitri particulæ; hinc animadvertant iuniores practici, ne spiritum nitri immisceant cum liquori-

bus

bus sulphureis, & præcipuè spirituosis; simile enim incendium, per os assumpta, intrà viscera excitant, præterea iisdem utantur semper dilutis cum aqua. Cautè igitur semper est procedendum, in huiusmodi spirituum exhibitione, semperque considerandum, quos effectus præstare, possint, si simul fuerint commixti, non dissimilem ebulitionem, & effervescentiam concipiunt, ubi simul misceantur in vitreo vase, oleum vitrioli, & oleum terebinthinæ.

Ita pariter si prò usu interno usurpandus sit spiritus salis, debet eligi spiritus salis dulcis, quia minùs corrosivus est. Sciendum, quod exigua admodùm portio spiritus extrahitur è sale communi, seù marino, per distillationem, causam explicat Zuvelferus, in notis ad pharmacopeam augustanam, ibi videatur. Spiritus fuliginis summæ activitatis est, & efficaciæ, eidem tamen' præferendum putat Offmanus sal volatile ejusdem fuliginis; ex urina humana per distillationem extrahitur spiritus, sal volatile, & oleum fætidum. Efficax remedium censetur sal volatile urinæ in febr bus quartanis, & malignis, & ad tollendas obstructiones à gr: vi. usque ad xv. in aliquo convenienti liquore exibitum, iisdem pollet virtutibus spiritus urinæ, dosis cuius est à guttis viii. ad xx. oleum fætidum urinæ efficacissimum censetur ad resolvendos frigidos tumores, & ad hystericos avertendos insultus: sufficit, quod pręparatum habeant Pharmacopei spiritum urinę; Prò extractione salis, & spiritus urinæ eligenda est urina juvenum, qui bona fruantur valitudine, quæ sit recenter emissa, & debet ejusdem evaporatio procurari lento igne, ne avolent cum phlegmate sales volatiles; succedit meliùs hujusmodi remediorum præparatio hiberno tempore, quàm æstivo. Docet D. Lemmeri, diversos modos extrahendi sal volatile, & spiritum ab urina, illum consulant Pharmacopei, nisi potiùs negotium velint, relinquere Chymicis: animadvertant juniores practici, quod sunt ingrati admodùm odoris sal, & spiritus urinæ, & quod nunquàm in brodio, vel aqua calida sunt exhibendi, cum nimis facilè avolent volatiles illorum particulæ.

Spiritus salis.

Spiritus fulginis.

Sal, & spiritus urinæ.

Maximi usus est spiritus volatilis salis armoniaci, cujus efficaciam in gravissimi morbis curandis plurimùm Chymici depredicant; variæ ejusdem præparationes apud aucthores habentur.

bentur. D. Lemmeri docet, illum pręparare diversis modis, & primò commixtis uncijs xxiv. calcis vivæ cum uncijs viii. salis armoniaci, quę præparatio michi improbatur: docet pręterea alteram eiusdem pręparationem, quę fit commixtis simul salis armoniaci uncijs octo, & uncijs octo salis tartari, quæ magis approbatur, docet posteà illum dulcificare, facta additione spiritus vini, optimè rectificati, docet tandèm, quomodò à sale armoniaco extrahatur sal fixum, quod febrifugum pręstantissimum esse, depredicat, cuius posteà facta resolutione, præparat spiritum acidum salis armoniaci; indiscriminatìm igitur non est utendum spiritù volatili salis armoniaci, & spiritù acido eiusdem: Zuuelferus in appendice ad animadversiones in pharmacopeam augustanam, proponit aliam præparationem spiritus acidi salis armoniaci, quod præparat facta mixtione unius librę salis armoniaci, & libris duabus, vel tribus frumenti, omnibus in pulverem redactis, & probè simul commixtis, & simul posteà in alembico vitreo destillatis; proponit ulteriùs modum extrahendi spiritum salsum e' sale armoniaco, facta mixtione unius libræ salis armoniaci, cum libra una salis tartari, ubi notat, huiusmodi duos spiritus salis armoniaci, acidum scilicèt, & salsum, sibi invicem contrarios esse, & quod simul commixti se se mutuò destruunt, & in aliud ens transeunt, attentosque, vult, esse Pharmacopeos, nè acidum spiritum prò salso, aùt salsum prò acido substituant.

In maximo usu olim erat spiritus vitrioli, quo passim' utebantur practici ad conciliandam gratam aciditatem apozematibus, aliisque potionibus, quas cum aquis destillatis, & aliquo syrupo simplici, uti de Cicorea, Boragine, & similibus componebant, & exhibebant olim' prò alterantibus, antequàm herbarum decoctiones in brodio factæ, essent familiares, & essent in frequenti usu; summæ efficaciæ prætereà supponebant spiritum vitrioli ad compescendum febrilem æstum in febribus ardentibus, sitim etiam extinguere, viscidos, & crassos humores incidere, & humorum putredini ressistere, putabant: at ex quò acidis bellum indictum fuit in moderna praxi, obsolevit ferè usus internus spiritus vitrioli, & raro nunc locum habet inter remedia interna, nisi fortasè sit in renum, & vescicæ quibusdam affectionibus, & pręcipuè ab

eodem

eodem abſtinent in febribus, apud Chirurgos in uſu eſt, prò leviorum quorundam ulcerum curatione; ità pariter hodiè prò uſu interno raró dant locum practici ſpiritui ſulphuris, frequenter magis uſurpatur prò curandis ulceribus, & potiſſimùm gallicis; qui ſpiritum vitrioli præparare, volunt, adeant Beguinum, apud quem in ſuo Tirocinio Chymico, genuinum illum præparandi modum invenient.

Spiritus volatilis Terebinthinę extrahitur primò, facta eiuſdem diſtillatione, procedente poſteà actione ignis, extrahitur oleum purum, deindè oleum flavum, & tandèm oleum rubrum; ſpiritus, & primum oleum habent uſum internum, & potiſſimùm prò expurgandis renibus, ureteribus, & veſcica in gonnorhea, alijſque huiuſmodi morbis: oleum flauum, & rubrum habent ſolummodò uſum externum prò ulceribus mundandis, & conſolidandis, & tumoribus reſolvendis. Quod venale proſtat in Pharmacopolijs, eſt ſpiritus cum oleo flavo commixtus.

Diximus hiſce medicamentis Elixires affines eſſe, ſunt enim & ipſi liquores ſpirituoſi, uſibus internis appropriati, puriſſima parte ſimplicium quorundam medicamentorum ſaturati, quæ in illos transfunditur, mediante infuſione, aùt maceratione. Non conveniunt auctores, undè hoc nomen derivatum ſit, etenim alij derivatum putant à quodam verbo greco, quod trahere, ſignificat, cum in præparatione Elixirium trahatur purior eſſentia ſimplicium medicamentorum; alij derivant à quodam verbo greco, quod auxiliari, ſignificat, plurimùm enim auxiliantur, & ſuccurrunt morbis etiam gravioribus, alij derivant, & eſt magis probabile, à voce arabica Alechſiro, quæ deſignat, uti notat Moyſes Charas, eſſentię eductionem, artificio comparatam, poſſent, reponi Elixires etiam inter tincturas, placuit tamèn, de ipſis hic ſermonem habere: Plures habentur Elixires deſcripti in pharmacopeis, & antidotarijs, præcipuè galenicochimicis, illoſque præparandi, varij hinc indè habentur modi, innumeri prorsùs Elixires recenſentur, & deſcribuntur à D. Lemmeri, ſufficit tamèn, quod Pharmacopei pręparatos habeant in ſuis pharmacopolijs Elixir proprietatis Paracelſi, & Elixir vitę majus.

Elixir proprietatis, cuius, unanimi omnium conſensù, aucthor fuit Theophrſtaus Paracelſus, diverſimodè in pharmacopolijs *Elixir proprietatis Paracelſi.*

præparentur, & diversę ejusdem proponuntur descriptiones in pharmacopeis; nàm cum à Paracelso silentio involutum sit menstruum, quo utendum est in ejusdem præparatione, ideò orta descriptionum diversitas est, genuina ejusdem præparatio proponitur Tab. 2. num. 1. class. 7.

In præparatione hujusce Elixiris ommittunt nonnulli spiritum sulphuris, inter quos D. Charas; timet enim, caustica ejusdem vi ingredientium puriorem substantiam destrui, posse, sed hoc nequaquam timeri, debet, si priùs iisdem superaffundatur spiritus vini, atque stent in infusione per duos, vel tres dies, postea affundatur spiritus sulphuris; dulcificatur enim additione spiritus vini, spiritus sulphuris, & ejusdem catustica vis attenuatur, qui sanè non est ommittendus, nàm simul commixti spiritus vini, & spiritus sulphuris conciliant gratum odorem tincturæ, eidemque quamdam vim alexipharmacam elargiuntur.

Circà Elixir vitæ, cæteris præferendum videtur Elixir vitę, quod præparatur in celebri pharmacopolio Magni Ducis Etruriæ, undè potissimùm' ad nos advehitur, ejusdemque apud nos est usus, cujus loco, si præstò non sit, uti possumus Elixire vitæ majori, juxtà descriptionem à nobis traditam Tab. 2. num. 2.

Sperandum est, quod Deus, per infinitam suam misericordiam, à nobis avertat maximum pestilentiæ flagellum, quod si propiùs imineret, Pharmacopei præparare, poterunt, & in suis pharmacopolijs præparatum habere Elixir pestilentiale Crolij; cujus descripiionem, & componendi modum videant apud auctorem. Sed hisce ommissis deveniendum est ad

CLASSEM OCTAVAM.

In qua recensentur omnes Aquæ, quas præparatas retinere, debent in suis pharmacopoliis Pharmacopei.

EX quo largiores aquarum haustus, laudabili liberalitate ægrotantibus, & præcipuè febricitatibus conceduntur à practicis, plurimùm auctus est numerus aquarum officinalium, illarumque magna copia in pharmacopolijs parata haberi, debet,

bet, ut data occasione exhiberi, possint, & dispensari, tùm ægris, tùm' convalescentibus, tum etiam sanis. Aquę, quæ sunt in usu medico, optimè dividi, possunt, in naturales, & artificiales, naturales sunt, quæ spontè naturæ proveniunt, & sunt vel fluviatiles, vel fontanæ, vel pluviæ, & ex his aliæ sunt simplices, & solummodò humectantes, ac refrigerantes, alię medicatæ, quæ scilicet petuntur á medicatis fontibus, quę etiam thermales dicuntur, & illæ sunt, quę è suis fontibus calidæ scaturiunt: Aquæ fluviatiles, fontanæ, & pluviæ præstò unicuique sunt, & obviæ, ac prò lubitù haberi, possunt; undè de illis habendus non est sermo, cum non sit necesse, quod illas habeant in suis pharmacopoliis Pharmacopei, nisi fortassè aquam Nucerianam sibi provideant, cum plurimus hodiè sit illius usus prò potù simplici tùm' ęgrotantium, tùm convalescentium, tùm etiam plurimorum, qui licèt sani prò potù ordinario eadem utuntur. Aquæ Nucerianę tamèn' apud nos optimè substituitur aquà Padi, vel per subsidentiam, vel per mortarios tophaceos, & porrosos, uti moris est, depurata.

Circà aquas thermales, nequè illas, tenentur Pharmacopei, retinere in suis pharmacopoliis, cum rarior illarum sit usus, & solummodò in determinatis quibusdam anni temporibus: & melioris sint usus, si recenter fuerint à suis fontibus quęsitę, quàm si diutiùs in pharmacopoliis fuerint asservatę; etenim plurimùm ammittunt de suis viribus, & facultatibus: pręterea facilè à suis fontibus peti, possunt, & ad nos aduehi illo tempore, quò in usum duci, debent, tandem' possunt accedere ad illarum fontes, illasque illic bibere ęgrotantes, seù convalescentes, pręcipuè cum illę, quę hic apud nos in usu sunt, vicinę sint, nequè plurimùm' dispendiosum sit, ad illos fontes accedere. Aquę thermales, quę magis in usu apud nos sunt, sunt aqua Virginis, seu montis Orthoni in agro Patavino, Brandulę in territorio Mutinensi, Vilensis propè Lucam, Tetutiana in agro Florentino propè Castellum Montiscatini; laudarem tamen', quod aquam Tetutij paratam haberent in suis pharmacopoliis Pharmacopei; frequentior enim est ejusdem usus, & in diversis anni temporibus, nequè per annum suas ammittit vires, & facultates. Aquę artificiales sunt illę, quę pręsertim' usuales sunt, & pręstò esse,

debent in pharmacopoliis, inter quas aquæ destillatæ, quarum aliç in usu solummodò sunt, ut inserviant prò potù, & refrigerandi, ac humectandi gratia adhibentur; hujusmodi sunt aqua Cicorei, Malvarum, Endiviç, Sonchi, Lupulorum, & aliç hujusmodi; aliæ ad alios usus parriculares sunt destinatæ, & respiciunt vel peculiarem aliquam corporis affectionem, vel particularem aliquam fluidorum discrasiam, & ametriam. Aquæ destillatæ, quæ solummodò, ut largiori potu satiari, possint, çgrotantibus conceduntur, ut plurimùm' destillantur per assensum, balneo scilicet vaporoso, vel etiam balneo mariæ, vel per cineres, vel aliis diversis modis, Pharmacopeis notis.

In quem finem primò aquas ex herbis distillare, incæptum fuerit, quçrunt nonnulli, & inquiunt, ideò introductam aquarum ex herbis distillationem fuisse, quia plurimç ex his quolibet anni tempore virentes haberi, non possunt, & exsicatç plurimùm amittunt de suis viribus, quç in illarum succosa substantia radicantur, quas in aquis destillatis conservari, supponunt; ideò etiam introductam herbarum destillationem fuisse, asserunt alij, ut per distillationem ab ipsis purior separetur substantia, & actuosior, & diutiùs conservetur. Non est huiusce loci dividere aquas destillatas, & usuales in omnes suas classes, solummodò aliquas illarum differentias attingam. Dividuntur primò aquæ distillatæ in simlpices, & compositas, simplices sunt illæ, quç ab una sola planta destillantur, nulla facta alterius rei additione, uti aqua Cicorei, Plantaginis, Acetosç. Compositç sunt illç, ad quarum prçparationem uniuntur plura ingredientia, specie diversa, uti aqua Hysterica, aqua Theriacalis. Aquç simplices, vel extrahuntur ex herbarum succis, ijsdem scilicèt, distillatis, & hç çquidèm sunt magis efficaces, & virtutibus, ac dotibus herbarum, è quibus extrahuntur, prçditæ, vel extrahuntur ex ipsis herbis contusis, & aqua communi ijsdem affusa, quç sanè multò minoris efficaciæ sunt, sed hodiè in tanta copia nonnullç usurpantur, & potissimùm illç, quæ ex Cicoreaceis (ità loquuntur Pharmacopei) extrahuntur, quod si ex solis succis destillandæ esent, nequaquàm Pharmacopei illarum copia satisfacere, posent, aùt egris, qui ijsdem utuntur prò potù ordinario, aùt medicis, qui largiorem illarum potum suadent, etiamsi

tiamsi solummodò aquarum destillationi, non alijs rebus suam locarent operam: accedit prętereà, dicebat Zuvelferus, quod tàm vili pretio ex officinis petuntur; quod si ex solis herbarum succis essent destillandæ, nec carbones, ad destillationem necesarios, multò minùs plantas, illo ære sibi comparare possent. Aquæ igitur, quæ hodiè magis sunt usuales, & ijsdem utuntur ægri prò potù simpliciter, & prò sola refrigeratione, & humectatione, destillantur ex folijs, floribus, alijsque herbarum partibus, plurima aqua ijsdem affusa; sua cautione tamen hic opus est; si enim plantę, illarum scilicet folia, flores, & radices sint mediocriter sucosę, ijsdem duæ partes aquæ addi posunt; itaùt si herbæ craso modo contusę sint ad pondus quattuor librarum, ijsdem aquæ libræ octo affundi, posunt, si minùs succulenta sit herba, uti Verbena, aqua superaffundi, debet, in tripla proportione, quattuor nempe libris herbarum, duodecim libræ aquæ affundi, debent; in hoc casu non extrahatur aqua per distillationem, nisi ad medietatem, seù ad duas ex tribus partibus; huiusmodi aquę dicuntur Venetijs aquæ longæ, & destillantur per vescicam, cum suo refrigeratorio; in hac aquarum distillatione nonnulla rursùs sunt animadvertenda, et primò quod affundi non debet paucis herbis tanta aquę copia, quandò exigatur aqua, aliquo modo herbarum virtutibus prędita nàm quandòque enerves adeò sunt, ut nihil amplius ex illarum potù sperari, possit, quàm quod sperandum esset, ex simplicis aquæ fontanæ, vel fluviatilis potù.

Animadvertendum secundò, quod non sunt traiciendæ per arenam aquæ destillatæ, cum amittant quidèm, sic trajectæ, quamdam, quam præseferunt insuavitatem, sed amittunt etiam plurimùm de suis viribus, & facultatibus, debent potiùs per aliquot dies solis radijs exponi, nàm sic puriores fiunt & privantur fumoso illo odore, quem aquirunt in destillatione, & præsertim si exiguum foramen sit in operculo. Sciant quoque Pharmacopei, quod aquæ renovari, debent quolibet anno; & si ex præparatis anno antecedenti remanserit aliqua portio, possunt illam, loco aquæ communis, herbis reaffundere, undè erunt efficatiores. Ut autem aqua destillata per annum perdurare, posit, animadvertendum, ne aquæ crudæ portio eidem jàm destillatæ immisceatur, & quia

valdè

valdè deponunt in vaſibus, in quibus ſunt repoſitę; ideò debent ſæpiùs extravaſari, & à fęcibus in fundo vaſis relictis, ſeparari; quandò deſtillantur, cucurbita debet, eſſe ſolummodò ad duas tertias partes plena, nè aqua pertranſeat alembicum priùs, quàm ſit in vaporem reſoluta, deſtillatio fiat calore moderato, meliùs eſſet, prò deſtillatione aquarum, uti vitreis vaſis, ſed quia tantæ capacitatis non ſunt, quanta opus eſſet, prò deſtillanda tanta aquarum copia, quanta hodiè exigitur, utantur Pharmacopei vaſis ęre confectis, ſtamno intùs optimè oblinitis. Præter conſuetos deſtillationis modos, per aſcensùm ſcilicet, & deſcenſum, Zuvelferus proponit ſimpliciſſimum modum, quin' & mulierculis familiarem, deſtillatio peragitur in cucurbita plana, & humili, ſuo capitello munita, quæ ſuper arenam, vel ſacculum madefactum, ſub quo ignis carbonum ſit accenſus, collocari, debet, eidemque herbę contuſæ, & conciſæ, abſque aquæ affuſione immittuntur, laudat hunc modum, quia quò magìs ſublimia petere, debent aquæ deſtillatæ, eò minùs de partibus herbarum ſixioribus, in quibus ſanè potior agendi facultas, & efficacia ſupponitur, ſecum rapiunt, & pręſertìm ſi deſtillentur herbæ quędam frigidiores, uti Lactuca, Soncus, Endivia; undè ſuadet Pharmacopeos, ut herbas, quas ſine additione aquæ ſimplicis deſtillare, intendunt, conciſas minutìm retortæ vitreæ humili immittant, & balneo marię deſtillent. Et quoniàm ſermo eidem erat de plantis ſucculentis, addit, quod ſi herbę deſtillandæ arridiores fuerint, vel vino, vel aqua ſimplici leviter irrorentur; docet tandem, quod ubi igne aperto in retorta vitrea promoveatur plantarum deſtillatio, illud omni ſtudio procurandum eſt, ne retorta, cui herba deſtillanda includitur, igni proximè adhereat, ſed quantùm poſſibile eſt, remota ab igne, in altum collocanda, quin' latiori igne promovenda deſtillatio, laudandus michi videtur plurimùm D. Lemmeri, qui ſuccum ex herbis expreſſis ſuperaffundit ijſdem herbis recentibus, conciſis iàm, & contuſis; & ubi ſuccus herbarum haberi, non poſſit in ſufficienti quantitate, affundit fortem decoctionem ex ipſis herbis factam.

Putarunt nonnulli, aquas deſtillatàs efficatiores reddi, injuncto plantarum ſale, extracto, vel è reſſidua à deſtillatione materia, vel à plantis incineratis, ſed hic occurrunt plurimæ difficul-

difficultates, primò plantæ ſucculentiores non ſuppeditant tantam copiam ſalis, quæ proportionari, poſſit, aquæ deſtillatæ: tanta præthereà requiritur herbarum copia, prò conficienda uncia una, vel altera ſalis, ut diſpendioſum nimis ſit, in hac re ſibi ſatisfacere, requiritur enim major herbarum copia prò conficiendo ſale, quàm prò aqua deſtillanda, quod ſanè evitandum, cum poſſint hujuſmodi ſales ſeorſim', & ab aquis ſeparati exhiberi, ubi opus ſit: ſed hec dicta ſufficiant, & dicta ſint prò illis; qui recenter arti pharmaceuticæ ſunt initiati. Quæ autem aquæ tùm' ſimplices, tum' compoſitæ præparari, debeant, & præparatæ aſſervari in pharmacopoliis, notatur Tab. 3. indice 8.

Circà aquas compoſitas plura, quæ occurrunt animadvertenda, tradentur in ſecunda parte hujuſmodi animadverſionũ, ubi de uniformitate obſervanda à Pharmacopeis, in iiſdem componendis, inſtituetur ſermo. Nonnulla tamen' hic ſunt prẹmittenda, & primò quod ex his aliẹ ſunt prò uſu interno, aliẹ habent ſolummodò uſum externum, quẹ uſui interno ſunt deſtinantẹ, ſunt aqua Hiſterica, aqua Theriacalis, aqua Epileptica, aqua Cinamomi, & aliẹ hujuſmodi, quæ uſum ſolummodò habent externum, diverſi generis ſunt, uti aqua ophtalmica, aqua aluminoſa, aqua viridis Sennerti, vel Hartmani. Aquẹ compoſitẹ, quẹ habent uſum internum, vel habent uſum univerſalem in diverſis morbis, vel peculiaris alicujus morbi curationi ſunt ordinatẹ, uti aqua Aſthmatica, Antiphtyſica, Artritica, & aliẹ hujuſmodi, quarum compoſitionem plurima, & diverſa ingrediuntur vegetabilia, quẹ cum ſint diverſẹ indolis, diverſimodè debent, tractari: etenim aliorum vis, & efficatia avolat, levi calore impulſa, in aliis firmioribus vinculis irretita, validiori igne debet, expelli, ex aliis, quacumque adhibita ignis graduatione, nihil extrahi, poteſt, nihil ſcilicèt, eorundem virtutis, & efficatiæ, ideòque multa arte, in iiſdem componendis, ſeù deſtillandis opus eſt, & attenti non parum' eſſe, debent in illarum deſtillatione Pharmacopei; artis igitur magiſtros conſulant, & ab iiſdem verum hujuſmodi aquas compoſitas deſtillandi modum ediſcant novitij in arte pharmaceutica.

Animadvertant etiam Pharmacopei, quod perperàm', & ineptè deſtillationi in cucurbita, vel alibi committuntur metalla,

talla, lapides, & ex gemmis plurimæ, nàm' etiam si liquor iisdem affundatur, nihil elicitur, nisi aliqua levis tinctura, qua saturatur liquor affusus; hujusmodi tinctura tamen' nihil aliud est, quàm, athomæ particulæ lapidum, vel metallorum, quæ à liquore imbibitæ, etiamsi a lembicum transcendant, adhuc' lapides, & metalla sunt, & licèt centiès affuso liquore, destillentur, intacta semper in fundo cucurbitæ remanent, ac nè minimùm quidèm suę substantię deperdunt.

Animadvertant ultimò, quod aquæ ex carnibus animalium destillatæ, nihil faciunt ad restaurationem, seù nutritionem, ad resarciendam scilicèt deperditam partium substantiam; hinc optima ratione obsolevit usus destillandi cappones, cum per simplicem destillationem nihil aliud ab ipsis extrahatur, quàm aqua, quæ nihil magis nutrit, quàm aqua pluvialis, vel fontana, & æquidèm nichil nutritioni aptum ex destillato capponis sperandum esse, dicebat Zuvelferus, tota enim vis nutriva in ressiduo remanet, cum non consistat vis nutritiva in volatilioribus particulis, quæ cum in longa illorum coctura avolent, ideò si in illis consisteret vis nutritiva, carnes elixæ, vel assatæ nequaquàm nutrirent, & magis nutritiva esset illa aqua, quæ depluit ex operculo ollæ, in quà carnes elixantur, est enim carnis destillatum, nullus tamen' illam coligit prò restaurandis viribus, ac' renutriendis emaciatis corporibus; quod nutrit in carnibus animalium est pars fixa, & glutinosa, quæ per destillationem non elicitur; sed de his, cum alibi sit denuò instituendus sermo, ad classem nonam est transeundum; prætermittendum tamen' non est, quod paucis ab hinc annis plurimùm invaluit' seri destillati usus, quò passim' utuntur practici in febribus, aliisque acutis morbis, & ubi præsertim' compescendus sit nimius viscerum, & sanguinis fervor, ac æstus; hinc est, quod Pharmacopei magnam seri, & potissimum' vacini copiam veris tempore destillare, tenentur, ut illud quocunque anni tempore præparatum habeant, ac opportunè ægris, & convalescentibus, prò medicorum jussù, dispensare, possint. Optarem itàque, quod omnes Pharmacopei plurimum' acurati essent, & attenti in eodem destillando, asservando, ac dispensando, ad evitandas illas querelas, quæ quotidiè apud vulgum habentur; etenim dolent plurimi, & plurimi Pharmacopeos accusant, & criminantur

minantur, quod ferum difpenfent pravæ conditionis, & adeò pravæ, ut ab ejufdem affumptione lędantur potiùs, quàm juventur ęgrotantes; quandòque enim ferum, quod in nonnullis Pharmacopoliis difpenfatur, minimè purum eft, ac minimè defecatum, quin' ingratum adeò odorem, atque faporem habet, ut naufeam, ac vomitum inducat; hinc eft, quod multi affumere, recufant ferum deftillatum, quod in nonnullis pharmacopoliis difpenfatur, utpotè ingratum, & naufeabundum, plurimùmque ab illo abhorent, quod fanè cedit in maximum illorum Pharmacopeorum dedecus, multùmque apud vulgum detrahit illorum exiftimationi, & decori. De hac re non una vice admonitos Pharmacopeos feci, & ex his aliquos enixè præcatus fum, quod majorem adhibeant diligentiam, magìfque attenti fint in fero deftillando, confervando, & difpenfando, illudque præcipuè animadvertant, & præfcribant miniftris, quod nunquàm ferum difpenfent, nifi priùs illud exploraverint, an' ingratum aliquem odorem, & faporem contraxerit, & fi fortafsè tale quandòque inveniant, nullo modo difpenfent; de hac re nunc denuò illos pręcor, & hoc ab ipfis peto, quod de propria fama, & proprio decore folliciti fint. Ut igitur impofterùm omnes Pharmacopei ferum deftillatum optimę conditionis habeant, nulloque modo culpabile, omnes impofterùm in ejufdem diftillatione, & confervatione procedent fequenti methodo.

Serum ęquidèm balneo Marię deftillandum effet, fed quia, uti dicebam, Pharmacopei maximam ieri quantitatem deftillare, tenentur, illud, per magnos ęris alembicos, deftillare, poffunt, dummodò fint intùs ftamno optimè obliniti, & iifdem utantur cautionibus, quibus in vino diftillando, uti confueverunt, ubi igitur ferum deftillare, agrediuntur, accipiant ferum de recenti è lacte expreffum, ac feparatum, dum' cafeus conficitur, illudque pręfertim' eligant, quod nullo modo acidum fit, fed quandam potiùs pręfeferat dulcedinem. Hoc ferum clarificetur fecundum artem, indè in alembico ponatur, ità tamen' ut duæ tantum alembici partes impleantur, & à fero occupentur, lentiffimo igne poftea fiat deftillatio, maximè in principio, augeatur deindè gradatim', donec' duæ partes feri plùs, vel minùs fuerint deftillatę; fi enim ulteriùs procedat deftillatio, pars craffior, quę remanet, ac in fundo

alembici refidet, facilè, confumpta humiditate, uftionem patitur, undè ingratiffimum contrahit empireuma, & fero deftillato communicatur, de hoc empireumate igitur evitando, deftillatores multum folliciti fint. Serum jàm deftillatum reponatur intrà vas, ibidèmque per menfem fervetur, ac identidem' infpiciatur, nàm folet intrà hoc tempus in fuperficie feri craffa quædam pellicula concræfcere, quæ ubi appareat, removenda, ipfumque ferum, facta priùs ejufdem colatura, denuò alembico eft committendum, ac rursùs deftillandum, quæ deftillatio, rectificatio dicitur. Serum fic rectificatum intrà fuum vas reponatur, & faltem quolibet menfe obfervetur, an' facta fit aliqua depofitio in fundo vafis, vel alia pellicula denuò in fuperficie concrefcat, quod fi contingat, totum auferatur, & ferum clarum, ac purum in aliud vas reponatur, quod vas fit mundum, & vitriatum, hac adhibita diligentia habebunt Pharmacopei ferum deftillatum clarum, purum, nulloque pravo odore, vel fapore infectum, & delebitur illa macula, quæ jàm diù nonnullorum fronti inufta fuit, quod fcilicèt nunquàm in illorum pharmacopoliis habeatur, feù difpenfetur ferum deftillatum, quod fit optimæ conditionis, clarum nempè, purum, nulloque pravo odore, vel fapore infectum; & præcipuè habebunt ferum deftillatum optimæ conditionis, fi in tanta quantitate illud diftillent tempore veris, quæ per totum annum fufficere, poffit, quin' & prò anno fubfequenti. Illud autem iniungant, & inculcent fuis miniftris, de quo illos enixè præcamur, nè unquàm ferum diftillatum dimittant, atque difpenfent, nifi priùs ejufdem odorem, & faporem exploratum habuerint, ac de ejufdem perfectione certi fint, quod fcilicèt purum, & incorruptum fervatum fuerit, nullamque pravam qualitatem contraxerit.

In ufu pariter eft ferum diftillatum cum cicoreaceis, diftillatur nempè ferum, addita cicoraceorum fufficienti quantitate; laudarem tamèn addere potiùs ipfi fero cicoraceorum fuccos, unicuique fcilicèt libræ feri uncias fex fuccorum. Sed de fero hæc dicta fufficiant, & ad claffem nonam deveniamus; fit igitur.

CLAS-

CLASSIS NONA.

De Oleis , & Balsamis.

OLea, quorum usus est in Medicina, plurima sunt, & diversi generis ; alia enim sunt olea expressa, alia infusa, alia distillata, olea expressa, licet ex his multa habeant etiã usum æconomicum, adhuc' tamen' omnia habent usum medicum, si non aliud, suppeditant materiam prò oleis infusis, quorum præcipua materia, plurimorum saltem', est oleum olivarum, multorum etiam, oleum amigdalarum dulcium.

Olea infusa, quæ etiam dicuntur impressa, & quæ maximum, & præsertim' in medicina, usum habent, sunt vel simplicia, vel composita ; Olea simplicia sunt illa, prò quibus præparandis unicum tantum' remedium simplex oleo infusum fuit ; ideòque unius tantum' simplicis remedij virtute prædita sunt. Olea composita sunt, quibus plura simplicia, simul immixta, infusa sunt, undè plurium simplicium medicamentorum virtutibus, & facultatibus prædita sunt. Primi generis sunt oleum rutaceum, anethinum, camomelinum, sambucinum, & alia hujusmodi ; secundi generis sunt oleum de capparibus, oleum Irinum, & alia hujusce generis : simplicia, quæ oleo infundi consueverunt, sunt vel folia plantarum, ut in rutaceo, vel flores, ut in oleo liliorum alborum, violaceo, & rosato, vel radices, ur in oleo de capparibus, vel cortices simul, radices, & folia, vel etiam bachæ, & fructus, uti in oleo mirtillorum, & oleo balsaminæ: infunduntur etiam oleo, vel animalia, vel eorum partes, ità sanè oleum scorpionum simplex fit ex infusione scorpionum ; oleum lumbricorum fit lumbricis oleo infusis ; dixi, quod hujusmodi olea fiunt, oleo infusis floribus, foliis, aliisque plantarum partibus, vel etiam animalibus, oleum enim, & præcipuè oleum commune, seù olivarum, est communior, & potior materia prò hujusmodi oleis conficiendis, paucis exceptis, quorum materia est oleum amigdalarum dulcium, vel amararum, prò particulari tamen' quorundam oleorum, & præsertim' compositorum præparatione, oleo alia liquida quandòque ad-

miscentur, & sunt vel succi herbarum, vel infusiones, & decoctiones, vel vinum, & quandòque etiam aqua, semper tamen' potior materia est oleum olivarum, quod, prò conficiendis hujusmodi oleis, eligi, debet, tenue, purum, transparens, quod non malè oleat: debet servari proportio inter olei quantitatem, & quantitatem ingredientium, quæ diversa esse, debet, prò diversa ingredientium conditione; prætereà infusio sæpiùs renovari, debet, post' infusionem nempè aliquot dierum, primis abjectis, vel foliis, vel floribus, alia infundi, debent. Infusio, vel longior, vel brevior esse, debet, prò diversitate rerum, quæ infunduntur, prout' scilicèt laxioris, vel strictioris texturæ sunt, & per consequens illarum particulæ activę, & volatiles promptiùs, & faciliùs ab oleo imbibi, possunt, prò diversitate ingredientium aliquandò est necessaria decoctio, ut intimiùs particulę activæ oleo immisceantur, & hoc præsertim' est necessarium, si simplicia, quæ infunduntur, sint folia, radices, cortices, & similia, quandòque sufficit, quod per plures dies stent soli exposita, quandò pręcipuè simplicia infusa sunt flores, quorum activæ particulæ promptè imbibuntur ab oleo, & facilè avolant per ebulitionem.

Olea expressa exprimuntur, ut plurimum', ex seminibus, vel fructibus plantarum, & omnia ferè plantarum semina uberem suggerunt prò oleis expressis materiam, quorum non pauca habent usum in medicina, licet' alia solumodò usum ęconomicum habere, videantur. Ut uberior sit, & facilior oleosę substantiæ è seminibus plantarum expressio, debent à suo cortice priùs mundari semina, si crassiori cortice sint involuta, debent posteà, triturari, & parùm calefieri, deindè vel saculo involuta torqueri, vel molla contundi.

Prò oleis distillatis suggerit materiam triplex naturæ regnum, vegetabile, animale, & minerale; ea tamen', quę ex mineralibus extrahuntur, olea parùm propriè dicuntur, cum parum' oleosę naturæ participent.

Olea distillata, & ipsa sunt, vel simplicia, vel composita, vel enim ex una simplici materia distillantur, vel ex pluribus simul immixtis, & unitis. Olea distillata distillantur, vel per ascensum, vel per descensum, plura, quæ sunt animadvertenda circà olea distillata, videri possunt apud authores,

etenim

etenim operosum nimis esset, & à nostro instituto alienum, hanc provinciam ingredi: habetur Tabula tertia indice ix. cathalogus omniũ oleorum,quę inPharmacopoliis parata esse,debent, quę olea, uti vidimus, vel sunt expressa, vel infusa, vel distillata, notatur igitur in indicibus Tabulæ tertię, quæ olea expressa parata habere, debeant Pharmacopei in suis pharmacopoliis, quæ olea expressa parata habere, debeant Pharmacopei in suis pharmacopoliis, quæ olea infusa, quę distillata; & cum olea, tùm infusa, tùm distilata sint, vel simplicia, vel composita, ibi notantur æquè olea simplicia, & composita.

Circà olea expressa, notandum, quod ex ipsis nonnulla facilè rancida fiunt, & acorem concipiunt; undè prò usu interno minimè sunt opportuna, si diutiùs asserventur, meliùs est igitur, quod tunc extrahantur, quandò in usum à Medico duci, debent; ità sanè oleum amigdalarum dulcium, quandò prò usu interno est usurpandum, debet esse recenter extractum; quod si prò usu externo sit adhibendum, non urget adeò, quod sit recenter extractum, sufficit, quod non sit rancidum, quemadmodùm sepè contingit in oleo seminum citri. Quò ad oleum amigdalarum dulcium, animadvertendum quod amigdalę debent, utroque cartice spoliari, saltèm interioris corticis asperitas frictione, linteo facta, obliniri, & quod lenissimo calore est extrahendum, ità pariter, & amigdalę amaræ, & semina melonum, aliaque hujusce census semina, debent priùs cortice expoliari, antequàm illorum fiat expressio. Diversi proponuntur modi prò extractione olei ex vitellis ovorum, quod inter olea expressa locum habet, communior tamen' est sequens. Coquuntur ova ad duritiem, vitelli posteà ex albumine eximuntur, qui comminuti assantur in sartagine, donec' russescant, & pinguedinem quandam remittant; tunc in sacculo pilis contexto reponuntur, & exprimuntur, quod exprimitur oleum est. Nonnulli vitellos ovorum ad duritiem coctos destillant alembico, sed hoc nequaquàm in usu est. Ut oleum ex vitellis ovorum expressum, album colorem aquirat, & empireumate ab igne contracto, spolietur, exponitur per xii. vel xv. dies tempore matutino, vel in nocte rori majali, sępiùs interim' oleum agitando. *Oleum ex vitellis ovorum.*

Oleum frumenti fit, optimè priùs mundato frumento, ac indè

Oleum frumenti. indè intrà duas laminas, calentes admodum', sed non ignitas, expresso.

Circà olea infusa, diximus, iisdem quandòque infundi animalia, & sunt Lumbrici terrestres, Scorpiones, Ranę, Lacertæ, Viperæ, Araneæ, Formicę, Scarabea, Cattelli, & alia hujusmodi. Circà oleum Scorpionum notandum, quod vel est simplex, vel compositum, Oleum simplex Scorpionum fit infusis Scorpionibus, viventibus adhuc', in oleo amigdalarum dulcium, vel amararum, in quo oleo suffocari debent, deindè in ferventi marię balneo coquuntur, vel ferventibus solis radiis, dùm est in signo Leonis, exponuntur, quo etiam tempore Scorpiones colligi, debent. Olei Scorpionum compositi varię sunt præparationes, cęteris tamen' præferenda, quę habetur ex Mathiolo; & sanè o'eum Scorpionum Mathioli in maximo prętio est, plurimusque ejusdem est usus; habeant igitur Pharmacopei præparatum in suis officinis oleum Scorpionum Mathioli, cujus descriptio traditur Tab. 2. num. 1. Classis 9. In hujus compositione illud animadvertendum, quod augeri debet quantitas olei, saltem reduplicari; ubi enim Mathiolus omnia sua ingredientia infundit in libris tribus olei, meliùs est eadem infundere in libris sex.

D. Lemmeri improbat tot ingredientia, & toties repetitas infusiones, undè exhibet descriptionem Olei Scorpionum compositi emendatam, sed Pharmacopei sequantur receptam Mathioli.

Habetur etiam oleum Scorpionum sanguineum, quod oleum Scorpionum Magni Ducis appellatur, utilissimum prædicatur in doloribus colicis, & nephriticis.

In maximo prætio olìm erat, & plurimi æstimabatur arcanum quoddam ad rupturas, quod Principis Bozuli arcanum dicebatur, summæ existimabatur efficaciæ prò rupturis sanandis, & herniis, præsertim' intestinalibus, curandis, sed ex quò innotuit, hujusmodi arcanum esse oleum ex lacertis infusis præparatum, non ampliùs tanti æstimatur, nequè fælices illæ prædicantur hodiè, ex ejusdem usu, ruptorum curationes; ità sanè quandòque apud vulgum valet arcani nomen, & quod sub arcani nomine ad plurimos morbos feliciter curandos efficacissimum existimabatur, revelatum, & publici juris factum, nullius

nullius propè usus est; fortasse tamen' hodiè tanti non æstimatur hujusmodi oleum, quia dubium valdè videtur, an' curatio ruptorum, si quandòque feliciter succedat, sit eidem oleo adscribenda, an' verò tribuenda potiùs pulveribus adstringentibus, quæ in partem curationis vocantur, & post' inunctionem, oleo factam, parti ruptæ insperguntur, descriptio habetur Tab. 2. num. 9.

Vegetabilia quoque suggerunt materiam prò oleis infusis, nàm' vel oleo infunduntur herbarum, & plantarum flores, frondes, & fructus, vel cortices, & radices, quandòque tota infunditur planta, inter hujusmodi olea infusa simplicia, celebre apud nos est oleum antipleuriticum, vulgò *Oglio di Zuccone*. Hujusce olei efficaciam in pleuritidis curatione primus nos docuit hic Ferrariæ Reverendissimus Pater Hyacinthus Maria Granara, Sacri Prædicatorum Ordinis olim Magister Provincialis, & in tota Ferrariensi ditione Inquisitor generalis, qui amore proximi commotus, cum jàm multis experimentis hujusce remedij utilitatem compertam haberet, dignum illud putavit, non solum, quod publici juris fieret, & ex latebris extrhaeretur, sed voluit, eum divulgari undique; ideò exemplaria impressa, in quibus modus præparandi hoc oleum exponebatur, & ejusdem efficatia in curatione pleuritidis revelabatur, ad celebriora Europæ Xenodochia transmisit, ut tantum remedium omnibus innotesceret, eodemque facilè pauperes uti, possent: in impresso folio Xenodochiis, Medicorumque Collegijs transmisso, miris laudibus effertur hujusce medicamenti efficacia, & maxima utilitas prò curatione pleuritidis, & cujuscunque doloris lateralis punctorij: docet prætereà impressum folium, non solum modum conficiendi, sed & applicandi prædictum oleum, quod à nobis pariter exponitur Tab. 2. num. 2.

Hujusmodi oleum antipleuriticum in maximo usu fuit Petro à Castro, quo feliciffimè curabat pleuriticos omnes, & ab eodem Petro à Castro fortasse Reverendissimus Pater Granara illud accepit, præparatum igitur habeant, & in suis pharmacopoliis servent Pharmacopei.

Olea infusa simplicia plura quidèm sunt, sed multò plura sunt olea composita, inter quæ celebræ admodùm est, & apud exteros etiam plurimæ existimationis, & famæ, nostrum

oleum Contràpestem, inventum cujusdam Medici Hyspani, cui nomen Petrus Castagnus. Ille modum conficiendi, & præparandi hoc oleum, veluti arcanum diutiùs absconditum esse, voluit, revelavit tandem' nostro Magistratui, apud quem hujusce olei recepta diutiùs in secretis habita, deindè tractu temporis revelata fuit, & ad omnium ferè Pharmacopeorum manus devenit; undè hodiè omnes nostri Pharmacopei hoc oleum præparant, & præparatum retinent, & sanè multæ efficatiæ est contrà venena, vel inflicta, vel assumpta, dummodò non sint corrosiva, quin' plurimi illud depredicant etiam magìs efficax ipsa Theriaca contrà venena, & morsus animalium venenosorum, & experientia testatur, plurimùm etiam efficax esse in febribus malignis, & pestilentibus, tùm ad illarum præcavendos, tùm etiam repellendos aggressus, in curandis etiam puerorum morbis, iisque præsertim' affectionibus, quæ vermibus vulgò tribuuntur, multùm valet; impunè, quin' maxima cum utilitate intrinsecùs, & per os assumitur, & etiam extrinsecùs applicatur cordis regioni, umbilico, temporibus. In hoc oleo improbarent fottasse nonnulli nimiam ingredientium multitudinem; sed quidquid sit, innumera experimenta, quin' immò tot felicissimæ morborum pestilentium, & venenosorum curationes, quæ quotidiè, illo adhibito, habentur, illud approbant.

Non multùm distant à compositione hujusce olei, oleum Scorpionum compositum Mathioli, oleum contrà venena Magni Etruriæ Ducis, & oleum antipestilentiale Bartholomei Bonacursij, etenim iisdem ferè viribus pollent, & facultatibus, præstat tamen' omnibus Oleum nostrum Contrapestem.

Plura, & plurima describuntur in pharmacopeis olea prò vermibus, sed magis in usu est, & omnibus ferè commune illud, quod vocant oleum abacuch, quod potiùs dicendum esset, *Oglio da bachi*, Florentiæ primò inventum, ubi vermes bachi dicuntur. Licèt habeant oleum contrapestem nostri Pharmacopei, adhùc tamèn habeant oleum abacuch, cum & illud sit valdè efficax in avertendis omnibus symptomatibus, quæ vermibus tribuutur, ejus descriptjonem habebunt Pharmacopei apud Sgobium, illã tamen placuit, tradere Tab. 2. num. 3. hisce oleis affine est oleum, quod dicunt S. Iustinæ, ex eo quod Monachi S. Iustinæ Patavij illud præparant, atque dispensant, eiusdem

eiusdem descriptio habetur apud Melichium in sua pharmacopea, & apud Donzellum in suo Theatro Pharmaceutico, sub titulo Olei Monacorum S. Georgij Venetiarum; inter olea, quę in maximo prętio sunt, & plurimi æstimantur, non ultimum locum habent Oleum Castorei, & de Euphorbio. Oleum Castorei vel simplex est, vel compositum, in composito plurima habentur ingredientia, quæ fortasse nimia, sed sunt in pauca admodùm dosi singula, & precipuè Castoreum, undè non apparet, cur oleum Castorei dicendum sit, quandò Castoreum non ingreditur huiusce olei compositionem in maiori dosi, ac ingrediantur Galbanum, Euphorbium, Cassia lignea, Crocus; præterea vinum ingreditur in nimia dosi huiusce olei compositionem; si enim debeat, fieri ebulitio usquè ad consumptionem vini, plurimùm dissipantur partes actuosæ ingredientium; hinc est, quod ab eiusdem præparatione abstinere se, possunt Pharmacopei, nàm sufficit, quod habeant præparatum oleum de Castoreo simplex; si tamen vellint præparare oleum des Castoreo compositum, illud præparent reformatum, proùt habetur Tab. prima num. 1. ità pariter oleum de Euphorbio vel simplex est, vel compositum: Oleum de Euphorbio simplex sufficit, quod habeant Pharmacopei; Utriusque tamèn descriptio habetur Tab. 2. num. 4. & num. 5. class. ix.

Præparatur etiàm oleum de Castoreo distillatum, satìs fętidum, quod tamèn illud habeant Pharmacopei, nulla est necessitas, cùm sufficiat, quod habeant oleum de Castoreo simplex, maioris tamèn est efficaciæ hoc oleum distillatum.

Præter olea infusa, tùm simplicia, tùm composita, sunt in usu medico plurima olea distillata, uti vidimus, quorum nonnulla, necesse est, quod pręparata habeant in suis pharmacopolijs Pharmacopei, illorumque Cathalogus exhibetur Tab. 3. indice ix.

Plurimæ, quæ habendæ essent circà olea distillata animadversiones, videant juniores Pharmacopei apud aucthores, & præsertìm consulant Hartmanum, & tractatum Ioannis Ernesti de oleis varijs, arte chimica distillatis, Zuvelferum in animadversionibus ad Pharmacopeam Augustanam, ubi præcipuè animadvertitur, quod oleum ceræ non habetur, nisi priùs cera liquefacta, à carbonibus, lateribus, seù globulis argilaceis ignitis imbibatur, & demùm distillationi committatur: inter

olea diſtillata maximum uſum habet oleum de lateribus, ſeù oleum Philoſophorum, cuius præparandi modus habetur Tab. 2. num. 13. claſs. 9.

Olea diſtillata in multo prætio ſunt, quia non ſolum habent eandem vim, & efficaciam cum floribus, ſeminibus, herbis, & aromatibus, ex quibus deſtillantur, ſed quia in ipſa diſtillatione ſeparantur omnia, quæ ipſorum operationem impedire, poſſent, & ſola elevatur actuoſior ſubſtantia, in qua illorum vires & dotes radicantur, & ſuſtentantur; ideò illorum parvæ guttulæ majori efficacia, & celeritate ſuos præſtant effectus, quàm manipuli ſeminum, & herbarum. In hiſce oleis diſtilandis ſumma cautione, & diligentia opus eſt, & diverſis ignis gradibus utendum, prò diverſitate rerum, ex quibus oleum diſtilari, debet, ſed de his, utì dicebam, plura videantur in pharmacopeis chimicis; ab oleis enim ad unguenta, emplaſtra, & cerata transferri, iàm debet, noſtra conſideratio, ſed priùs de Balſamis, quæ oleis proximè ſuccedunt, aliquid dicere, opportunum videtur.

Dixi, quod oleis proximè ſuccedunt Balſama, & æquidèm, quoad conſiſtentiam, Balſama propiùs accedunt oleis, quàm unguentis, licèt nonnulla mediam inter hæc conſiſtentiam habeant; antequàm tamèn de Balſamis in particulari ſermonem inſtituam, illorumque varias tradam compoſitiones, & neceſſarias, circà illorum compoſitionem, animadverſiones, nonnulla adnotare, neceſſarium exiſtimo; & primò notandum occurrit, quod per hoc nomen Balſamum, ſi accipiatur in ſua propria, & vera ſignificatione, indicatur quædam humilis planta, ex cujus cortice, ſi leviora eidem vulnera inflicta fuerint, liquor guttatim' manat, eximiæ ſuavitatis, qui liquor & ipſe balſamum dicitur, aliis opobalſamum, hoc eſt liquor balſami: *Balſamum uni terrarum Judeæ conceſſum*, dicebat Plinius, & præſertim Engaddi vineæ, in valle Hierocuntina poſitæ, balſamo divites erant; illas enim balſamo potiùs, quàm uvis feraces fuiſſe, arbitrantur nonnulli, iiſdemque vinearum nomen ideò conceſſum, quia hujuſmodi plantæ, quæ plorant ex inflicto vulnere balſamum, ſunt arbuſcula vitibus ſimilia, & in vinearum modum excoluntur, quod à Plinio notatum fuit, nàm inquit, quod *Balſamum vinearum modo implet colles*, & Divus Hieronymus dicebat, quod *Engad-*

di

di vineæ, non tantum' vitibus, quàm balsamis florent: Dixi, quod inflicta cortici vulnera plorant balsamum, notandum tamèn, quod ferro vulnus nequaquàm infligitur, alioquin planta emoritur, sed osseis cultellis, vel vitro, vel ungue; unde Claudianus: *duroque saucius ungue, niliacus pingui desudat vulnere cortex*; vulnus tamen' summa arte, solummodò cortici infligi, debet, intacto ligno, ideò dicebat Plinius: *balsami corticem artifici plaga vulnerari*. Solummodò Judea, & Palestina balsamo olim divites erant juxta Plinium, & Solinum, sed Cleopatra, invidens tantam Iudeæ, & Palestinæ felicitatem, transtulit in Ægyptum, annuente Marco Antonio Triumuiro, balsami plantas, ibique inter Heliopolim, & Babilonem balsami vineas plantavit; ità pariter post captam à Turcis Hierosolimam, Judea fuit tanto viduata decore, denuò enim balsami plantæ in Ægyptum translatæ fuerunt. Hujusmodi balsamum, quod olim judaicum dicebatur, hodiè potiùs Siriacum, vel Ægyptium dicendum esset; adeò rigorosè balsami vineæ custodiuntur à Turcis, ut exindè difficillimè balsamum haberi, possit, & ad nos transferri, ejusdem penuriam tamen' supplet hodiè balsamum Peruvianum; at nimiùm nos atrhaxit fortasse balsami judaici suave olentia, ulteriùs progrediamur, & inquiramus, quibus medicinis hodiè balsami nomen impositum sit; balsami enim nomine veniunt plurima medicamenta artefacta, & præsertim' illa, quæ multum' suavè olent, multa vi penetrativa sunt prædita, & valdè spirituosa, apud Chimicos balsama dicuntur liquores nonnulli ex gummatibus, & resinis, cum spiritù vini destillati, quin' pluribus aliis spirituosis liquoribus prò lubitù balsami nomen imposuere; ità apud illos habentur balsamum sulphuris, balsamum sanguinis humani, balsamum saturni, & alia hujusmodi, sed Chimici suo utantur jure, & liberum illis sit, suis medicamentis nomina imponere, à nobis solummodò hic notari, debent, balsama, quæ hodiè in pharmacopoliis prostare, debent, & à pharmacopeis præparari.

Balsama, quæ in pharmacopoliis prostare, debent, vel sunt nativa, vel artefacta, de nativis hic non est habendus sermo, cum nullam admittant præparationem, sufficit, quod Pharmacopei eadem habeant optimæ conditionis, quod non sint effeta, nequè suis viribus destituta, & quod non sint

 fraudo-

fraudolenter adulterata. Balſama naturalia, quæ hodiè uſum habent in medicina, ſunt Balſamum Judaicum, ſeù Æthyopicum, Balſamum Peruvianum, Balſamum Copahù, & Balſamum Tolù, pleraque diſtillant ex vulnere, inflicto quarundam plantarum cortici. Balſami Peruviani tres habentur ſpecies: prima ſpecies balſamum ſiccum dicitur; reſinoſum eſt, & quandam rubedinem habet, & odoroſum valdè eſt, illudque pluvit ex inciſione ramorum: ſecunda ſpecies eſt quædam reſina liquida, alba, òdoroſa, quæ depluit ex vulneribus, plantæ cortici in trunco inflictis: tertia ſpecies eſt Balſamum nigricans, odoriferum, quod extrahitur per longiorem ebullitionem, in aqua factam, foliorum cum tenerioribus ramis ejuſdem plantæ. Hęc tertia ſpecies minùs appretiatur. Balſamum Copahù, quod ex America ad nos defertur, depluit & illud ex vulneribus, cortici cujuſdam plantæ inflictis, duplex & illud eſt, unum liquidum, magìs album, & odore reſinæ ſimile; alterum coloris lutei, denſiorem conſiſtentiam habet. Balſamum Tolù reſinoſum eſt, & glutinoſum, & conſiſtentia terebentinæ ſimile, coloris ſubrubei, & odoris fragrantiſſimi, cedro ſimilis, guſtui dulce, & gratum eſt, depluit è cortice cujuſdam plantæ, pino ſimilis, quæ in America naſcitur, & Tolù dicitur.

Balſama artificialia, cum ſint diverſæ intentionis, & diverſę ſpeciei, diverſimodè præparantur. Etenim alia ſunt balſama inunctoria, & unguentaria, & uſui externo ſolummodò inſerviunt, alia uſui interno ſunt deſtinata, & hæc potiſſimum' vel infuſa, vel diſtillata; intèr balſama inunctoria alia ſunt vulneraria, alia coſmetica, alia ſpiritibus reſtaurandis, cordi, & cerebro recreandis inſerviunt, & hæc præſertim' balſama odoroſa ſunt, quæ admittunt in ſua compoſitione olea odorata, quinteſsentias, ſales, atque tincturas, quę cum ſolidiori aliqua, & craſſiori materia incorporantur, ac ſimul colligantur, ne facilè adeò avolent, & evaporent partes ſpirituoſæ, & odoroſæ: Non conveniunt aucthores circà materiam, cum qua debeant, incorporari ſales, tincturæ, & eſſentiæ, prò compoſitione balſamorum odoratorum; quærunt tamen' omnes talem, quæ ſit omnis prorsùs odoris, & coloris expers, albam ſcilicet', & inodoram, ut ſic facilè imbibi, poſſit, & ſaturari odore, & colore rerum admixtarum,
nihil

nihil illarum colore, & odore immutato, nàm quærunt in balsamis odoriferis non solum odorem, sed etiam colorem illius corporis simplicis odorosi, ex cujus essentia, tinctura, & spiritu componuntur. Usu jàm receptum est, dicebat Zuvelferus, unumquodque balsamum cum nativo, & proprio suo colore conficere, utpotè balsamum rosarum rubeo, vel sanguineo, Rutæ viridi, Citri flavescente. Cera igitur aptior materia videtur nonnullis, ad conficienda balsama, videtur aliis aptior medulla crurum vituli, vel cervi, aliis adeps, ex omentis vervecinis liquatus; hisce tamen' rejectis, cera scilicet', quia exindè balsama nimiam aquirunt tenacitatem, adipe, vel medulla, quia facilè rancida fiunt, confugiunt plerique ad oleum ex nucibus moscatis expressum, quod spiritù vini odore, & colore spoliant, & ad albissimam reducunt substantiam, animadvertant Pharmacopei, quod nonnulli proponunt Mannam loco ceræ, usurpandam in balsamorum compositione, decepti fortasse ex eo, quod Quercetanus exponens modum, quo hujusmodi balsama componi, debent, ait, prò eorundem materia Manna cœlesti utendum esse, sed Quercetanum nihil aliud indigitare per Mannam cœlestem, quàm ceram, notant Offmanus in notis ad Schroderum, & alii: balsama odorata componere, potiùs artis profumatoriæ magistris, quàm Pharmacopeis spectare, mihi videtur; si tamen' velint Pharmacopei, ex his nonnulla præparare, quomodò preparanda sint traditur Tab.2.class.ix.n.14. ibi enim traditur modus præparandi Balsamum Cinamomi, ad cujus normam reliqua balsama odorata Juniperi, Salvię, Rorismarini præparari, debent: in ejusdem Tabulæ secundæ sectione ix. plurima proponuntur balsama, quæ præsertim' habent in medicina usum, prò plurimis iisque gravioribus morbis curandis, & modus, eadem præparandi, docetur, & præcipuè docetur modus prę parandi Balsamum Apostolorum num. xv. quod vulgò *il Balsamo d' Este* dicitur, ex eò quod ibidem à docto viro olim' dispensabatur, occultata interim' ejusdem compositione, proponitur præterea num. xvi. Balsamum Samaritanum, num. 17. Balsamum vulnerarium Arcei, num. xxi. Balsamum Prævotij, num. xxii. Balsamum Innocentij XI., aliaque multa, quorum compositiones ibidem' videri, possunt; Quapropter relicta balsamorum consideratione, transeundum

esset

esset ad decimā classem, sed rursùs animadvertenda nonnulla occurrunt, & primò, quod Plinius dicebat, uni terrarum Judeæ concessum fuisse Balsamum, & quod ibidem in duobus tantum' hortis excolebatur; Solinus autem' notat, quod ubi Judea in Romanorum potestatem venit, balsami plantæ adeò fuerunt propagatæ, ut jàm suo tempore *Romanis latissimi colles* (sunt verba solini) *sudarent balsama*. Dioscorides verò, de balsamo loquutus, dixit, quod in Judeæ solum' quadam valle, & Ægypto nascitur. Verùm hujusmodi auctores deceptos fuisse, notat Pater Bernardus Cesius Jesuita, in sua enim Mineralogia scriptum reliquit: *Balsamum non uni tantum' Iudeæ concessum, uti sentiunt Plinius, & Solinus, sed Arabiæ felici uberimè provenit*; & æquidèm ex Arabia felici in Judeam balsami plantas translatas fuisse, testatur Joseph hebreus lib. 8. de Antiquitatibus Judaicis, ubi postquàm exposuit, Ægypti, Ætiopięque Reginam donasse Regi Salamoni viginti auri talenta, & aromatum vim magnæ æstimationis, lapilorumque prætiosissimorume addit: *ajunt etiam', quod Balsami plantam, cujus hodièqu ferax est nostra regio, illius Reginę munificentia ferri, acceptam, opporteat*; & ideò Nicolaus Guilbertus dicebat, quod Ægyptus, & Judeà nutrices fuere balsami, non matres, illud siquidèm' ex nativo felicis Arabiæ solo genitum, suscepere alendum, & strabo docuerat, jam' in felicissima Sabeorum terra propè oram maritimam, balsamum nasci, & Diodorus Siculus non alibi, quàm in Arabiæ quadam convalle, Balsamum nasci, docuerat, ubi addit, quod nulla orbis pars alia illam plantam producit, & tandèm Petrus Bellonius ait: *Balsami fruttices, qui nunc' in Matarea coluntur, ex Arabia felici delatos eße, magnis sumptibus Sultani*. Sed concedatur, quod in Arabia felici spontè proveniat Balsamum, nulla scilicèt interveniente cultura, atque satione, adhuc' tamen' non tollitur, quin' maximam famam, & existimationem habuerit Balsamum Judaicum, & quod ex indè à vineis Engaddi, & reliquis Balsametis, in vale Hierocuntina florentibus, balsami plantæ primò in Ægyptum, Cleopatræ temporibus, mox capta à Turcis Hierosolima, Meccam delatæ fuerint; æquidèm hodiè non constat, quod Arabes balsamum habeant, saltem ad nos non transmittunt.

No-

Notandum ſecundò, quod Donzellus non aſſentitur Plinio in eo, quod dixerit, omnibus odoribus præferri Balſamum, ejuſdemque ſuccum eximiæ afferat ſuavitatis, quin' immò, Galeni aucthoritate frætus, ait, optimum opobalſamum eſſe odore gravi, & acuto, immò affert aucthoritatem cuiuſdam Saladini de Taranto, qui ſcriptum reliquit, *cognoſcitur balſamum in ſapore, colore, & odore; in odore, quia eſt odoris, aliqualiter rancidi, non placentis*, quin' & Faloppij, qui de balſamo ſermonem habens, inquit -- *Terebinthi odorem habet, ſed ſapit quid rancidum, & inveteratum, non ità iucundum, ut alij teſtantur*, quod etiam à Proſpero Alpino confirmatum fuit; quin' ait, eſſe odoris adeò validi, & acuti, ut aliquibus inter odorandum ſanguis è naribus eruperit, ſed non video, quomodò Donzellus denegare, poſſit, eximiam odoris ſuavitatem in balſamo, quandò ipſe aſſerit, quod nobiles Perſarum fœminæ balſamo ſe deliniebant, & quod etiam hominibus in delitiis erat prò unctione corporis, quomodò Balſamum, Perſis in delitiis eſſe, potuit, ſi ſit odoris gravis, rancidi, & non placentis; & æquidèm ſi talis odoris fuiſſet Balſamum, eodem uſi non fuiſſent olim Romani, nuptiarum tempore, ad conſpergendas domos, atque plateas, quod ſcribitur ab Apuleio, & confirmatur à Claudiano.

Gemmatis alij per totum Balſama tectum
Effudere cadis, duroque ſaucius ungue
Niliacus pingui deſudat vulnere cortex.

Multò minùs in honorem Trajani Balſama, & Crocum per gradus theatri fluere, non juſſiſſent, uti notat Elius Spartianus.

Concedatur igitur eximiæ ſuavitatis odor Balſamo Judaico, eidem enim & ſacræ paginæ ſuavitatem odoris concedunt, prætereà, & eximiam odoris ſuavitatem in Balſamo Peruviano experimur, quod ſanè nequaquàm Balſamo Judaico præferendum ullus, unquàm putavit.

CLAS-

CLASSIS DECIMA.

De Unguentis, Ceratis, & Emplastris.

OLeis succedunt unguenta; etenim quandam affinitatem habent, & naturæ societatem, per quam eadem linimenta, modò olea dicuntur, modò unguenta; nàm cum, primis usque temporibus, consueverint homines corpus oleo oblinire, ad unguenta posteà deventum fuit, undè ab oleis sensim dimanarunt unguenta, quæ primò fuerunt sanitatis præsidia, mox materia luxus, & voluptatum illecebræ. Unguenta autem ab ungendo nomen habuerunt, in hoc ab oleis diversa, quod quendam lentorem, quandamque crassitiem habent, per quam non adeò facile à loco, cui sunt apposita, dillabuntur, non ultima Gymnasticæ pars erant olim olea, & unguenta; ubi enim primùm gymnasium ingrediebantur, antequàm in arenam, se exercitaturi, descenderent, oleo ungebantur Atletæ, oleo simplici quidèm primò, mox oleo cum aqua mixto, quandòque etiam utebantur oleo cum cera mixto, tandem quoddam excogitatum fuit malagma, ex oleo, pulvere, & cera compositum; ità pariter postquàm se exercuissent, antequàm balneum ingrederentur, ungebantur, tandem è balneo egressi, antequàm igitur se se exercitaturi in arenam descenderent, ungebantur Athletæ, & ad unctionem oleo simplici utebantur, ut scilicet membra emolita, sinè rupturæ periculo, labores sustinere, possent, ne autem, lubrica nimis corporis superficies esset causa, quod luctatores difficulter se comprehendere, possent, pulvere aspergebantur, quod etiam ideò factum fuit, ut fortiora redderentur membra, & artus; undè Lucianus de Hercule, & Antheo, luctam subeuntibus, ait: *Auxilium membris calidas infundit arenas*: Ubi notandùm, quod illi, qui adversarios perunctos, & sine pulvere certantes vincebant, majori gloria digni habebantur; undè dicebat Horatius: *condicio dulcis sine pulvere palmę*: aliis placet, quod uncta Athletarum corpora pulvere aspergerentur, nè nimio sudore calefacta diffluerent, aut aperta nimis cutis spiracula, nimiò impetù ven-

ti

ti ingrederentur : post' exercitationem ungebantur, ad exolvendam, tum' præteritam, tum etiam futuram lassitudinem, & hi præsertim' oleo aqua mixto ungebantur; oleum enim cum aqua mixtum magis, quàm oleum simplex, lassitudinem tollit; inventum posteà fuit, uti diximus, quoddam mixturæ genus ex oleo, pulvere, & cera factum, & ceroma dicebatur, de quo Martialis Epist. lib. 2.

Seù lentum ceroma terro. & lib. 5.
Vara nec injecto ceromate brachia tendis. & lib. 6.
Et castigatur lidiæ ceroma palestræ.

Pòst' balneum rursùs ungebantur; hæc unctio primò quidèm fieri, cœpit, nè humiditas in balneo acquisita evanesceret, & ne reseratis nimiùm à balnei calore poris, nativa caliditas expiraret, posteà voluptatis, & lascivię causa fieri, cœpit; ideò olea odorata primùm', mox unguenta, quæ odoris suavitate, & fragrantia voluptatem inducere, & sensum recreare, possent, in usum duci, cœperunt; ità sanè unguenta, quæ primùm valetudini, & corporis robori, mox lasciviæ, et voluptati inserviebant, nàm odoratis unguentis corpori suavevolentiam, membris decorem, & conviviis hilaritatem comparare, studebant. Et æquidèm à gymnasio ad convivia olea translata fuerunt, & unguenta; unguenta autem', & olea odorata olim adhibebantur in convivijs, non solùm', ut oblectamenta, secundum nonnullos, verùm etiam ut' ebrietatis remedia, & crapulæ antipharmaca, apud plurimas nationes, & præcipuè apud populos Orientales, unguentorum creberimus, & frequentissimus fuit usus, eademque Persarum inventa nonnulli sunt arbitrati, nam illis, Plinio notante, Persæ madent, quìn' legitur, quod expugnatis Darij Regis castris, in ejus apparatu unguentorum scrinium inventum fuit; apud Hebreos etiàm in maximo usu fuerunt, ad Romanos tandèm' translata, apud quos potissimùm' in conviviis unguentorum plurimùs erat luxus, quotiescùmque enim convivas honoratiores excipiebant, illosque splendidè tractare, vellent, eos balsamo, aliisque odoratis unguentis perfundebant, ut exhilararentur; cum spiritus, & cerebrum suavi odore mirabiliter refici, putarent; undè Catullus Tibullo dicebat.

Unguentum dabo, quod meę puellæ donarunt Veneres, Cupidinesque. L Hujusmodi

Huiusmodi odorata unguenta in caput præsertim effundere, consueverunt; quapropter David in Psalmis -- *impinguasti oleo caput meum* -- & alibì -- *sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam* -- hunc morem sequuta fuit mulier, quę supèr caput Christi accumbentis, & convivantis in domo Simonis leprosi, prætiosum effudit unguentum, Nardinum scilicèt, quod plurimi tunc ęstimabatur, & fragrantissimum præceteris erat. Quandò primùm inventa fuerint unguenta, & quandò primùm Romæ in delicijs esse, cęperint, non est facilè, determinare: certum est, Anthioco, Asiaque devictis, anno Urbis quingentesimo quinto, Publium Licinium Crassum, & Iulium Cæsarem Censores ędixisse, *nè quis venderet unguenta exotica*; etenìm publicæ erant officinæ, in quibus unguenta vendebantur, exindè profusus valdè apud Romanos fuit in convivijs unguentorum usus; unde Horatius lib. 2. Ode 3.

Hùc vina, & unguenta, & nimiùm
Breves flores, amenæ rosæ

& alibi -- pete unguentum puer, & rosas;
pueri enìm, mensę ministri, unguenta circumferre, solebant; uncta quoq; aqua, odoratis scilicèt unguentis perfusa, in conviviis prębebatur. Sed etiam extrà convivia profundebantur unguenta, cum lautiores, & elegantiores homines odoratis unguentis capillos ungere, consueverint; undè Catullus -- Respondi id, quod erat, nihil. Nequè ipsi, nec questoribus esse, nequè cohorti, cur quisquam caput unctiùs referet, & Horatius lib. 2. Ode 7.

Fregi coronatos, nitentes
Malobathro Syrio, Capillos.

& lib. primo Ode 4.

Hunc decet, aùt viridi nitidum caput impedire Myrtho.

& lib. primo Epistolarum ad Villicum suum,

Quem tenues decuere togę, nitidique capilli

Hunc morem tamèn improbabant nonnulli, quia odor ascendit, & ideò odor, qui suprà caput, est, ab eo non præsentitur, qui odoramento delinitus fuit.

Quomodò autèm ab oleis simplicibus ad olea odorata, ab oleis odoratis ad unguenta deventum fuerit, & sanitatis præsidia, in sensuum oblectamenta mutata sint, facile erit, ex his, quę dicta sunt, divinare; delicatis, & voluptuosis hominibus molestus fortasse erat, & ingratus olei olivarum odor, quò

ut plurimùm ad corpus obliniendum utebantur, qui erant vel lucta, vel pancratio se exercitaturi; Oleum igitur odoribus conditum in usum duci, cępit, prò nobilibus quibusdam, & delicatis viris; etenìm notat Atheneus, Anthiocum Epiphanem consuevisse, certaminis die exhibere certantibus olea odorata; sed quoniam olea nimiùm difluere videbantur, ijsdem cera admisceri cæpit, & tandèm pulvis; undè ex his illa mixtura fieri, cępit, quam ceroma appellatam fuisse, vidimus, & ceromate præcipuè prò corporis unctione utebantur Athletę; utebantur etiam diappasmate. Cum autem, utì diximus, unctiones post' balneum voluptati præsertìm inservirent; ideò prętiosora unguenta, suavioribus scilicèt odoribus prædita, inventa fuerunt. Diximus, quod uncta Athletarum corpora, pulvere aspergebantur, ex varijs regionibus huiusmodi pulvis advehebatur, sed duo potissimùm palmam habuerunt, Puteolanus scilicèt, & Egyptius: Narrat Svetonius *ex anonæ charitate crevisse luctantium invidiam ergà Neronem, nàm & fortè accidit, ut in publica fame alexandrina navis nunciaretur, pulverem luctatoribus aulicis advexiße.* Facta igitur plurium rerum odoratarum commixtione, ijsdemque pingui aliquo, & oleoso liquore exceptis, unguenta componebantur, diversa in diversis regionibus, quorum alia à regionibus nomen accipiebant, & famam, alia à rebus odoratis admixtis: Hanc fuisse unguentorum originem, insinvare, videtur Plinius in proemio libri tertij naturalis Historiæ, ubi ait -- *hactenùs in odoribus habent prætia silvę, erantque per se mira singula, iuvitque luxuriam, ea omnia miscere, & è cunctis unum odorem facere, ità reperta sunt unguentà.* Sed ommissa consideratione unguentorũ, quę ad luxum, & ad sensuum illecebras olìm præparabantur (cum nos hìc salutem, non delitias quæramus) solummodò considerabimus unguenta, quæ in pharmacopolijs hodiè asservantur, & à Chirurgis pręsertìm usurpantur prò morbis externis, & ad vulnerum, ulcerumque curationem, de quibus præsertìm animadvertendum, quod plurimùm differunt ab antiquorum unguentis, nàm illa, utì vidimus, odorata erant, & odoris suavitate, ac gratia sensus demulcebant, ac deliniebant, Unguenta, quę hodiè in usu medico sunt, malè olent, quìn' plurima fętent. Qui plura quærunt de unguentis antiquorum, adeant eruditissimam disertationem -- *De coronis, &*

 unguen-

unguentorum usu in convivijs, à Doctissimo Viro D. Iosepho Lanzono Philosapho, ac Medico pręclarissimo italico sermone elegantissimè olìm conscriptam, ac indè à D. Hieronymo Baruffaldo Philosophiæ, & Iuris Utriusque Doctore Viro amenioribus litterarum studijs admodùm claro, latinitate donatam. Cathalogus unguentorum, quę pręparari debent, & pręparata haberi in pharmacopolijs habetur Tab. 3. indice X.

Cum autèm sub unguentorum classe veniant etiam linimenta, quę paritèr externis corporis partibus applicantur, tùm ut ipsis morbo affectis auxilio sint, tùm etiam ut mitigentur symptomata, quę ijsdem, morbo affectis, contingunt, videtur, quod de ipsis etiam nunc habenda esset consideratio, particularem illorum tamèn considerationem omittimus, nàm parùm distant ab unguentis, cum linimenta & ipsa oleum prò basi, seù materia habeant, quandòque etiam adipes, & pinguedines, mediæ sunt consistentiæ inter olea, & unguenta, raròenìm ipsis cera immiscetur. Non immorabimur igitur in hisce considerandis, seù recensendis, nàm vel oleorum, vel unguentorum nomine veniunt in pharmacopolijs; præterea non est necesse, quod asserventur diutiùs pręparata in officinis, cum promptè, & facilè præparari, possint, prò medici arbitrio, & ordinatione; ad cerata igitur, & emplastra nunc esset deveniendum, sed nonnulla sunt pręmittenda circà unguentorum compositionem.

Iàm diximus, quod unguentorum potissima materia est oleum, simplex quidèm, sed quandòque etiam compositum, oleo, in unguentorum compositione, ut plurimùm cera admiscetur, quandòque alba, quandoque citrina, proùt vel refrigerandi, vel calefaciendi facultate prędita prętenduntur unguenta, quandòque in maiori dosi, modò in minori, oleo cera diversimode admiscetur, proùt maioris, vel minoris consistentiæ desiderantur: proportio, quæ communiter observari, debet inter oleum, & ceram est, ut sint tres unciæ cerę ad uncias duodecim olei; quæ proportio variari, debet prò arbitrio, ac iussu Medici. Quod si aliquandò in ordinatione alicuius unguenti, facta iàm in recepta ingredientium enumeratione, eorumdemque iussa immixtione cum oleo, vel alia pingui materia, iubeat, tandèm Medicus, addi ceræ parum, tunc addi, debet, media dosis ipsius cerę. Pręter olea, adipes, & pinguedines quandòque etiam

etiam ingrediuntur unguentorum compoſitionem reſinæ, mucilagines, herbarum ſucci, aliaque plura, inter quę ſua etiam debet, ſervari proportio, illudque pręcipuè animadvertendum, quod omnia probè admiſceantur, ſintque attenti Pharmacópei in componendis emplaſtris, ceratis, & unguentis, quorum compoſitionem ingrediuntur gummata, & reſinę, ſint attenti, inquàm, quia difficultèr ſolvuntur gummata, & reſinę, & plurimo artificio opus eſt, ad hoc ut illa optimè ſolvantur, & reliquis ingredientibus probè miſceantur. De hac re ſolliciti ſint, & maxima in hiſce componendis utantur diligentia, illudque pręcipuè animadvertant, quod unguenta debitam habeant conſiſtentiam. Odor ingratus in unguentis pręſertìm habetur ex oleo olivarum, ſeù communi, undè ſi quandòque deſiderentur unguenta, quę gratum odorem ſpirent, & odoris fragrantia etiàm ſint ęſtimanda, abijciendum oleum comune ab illorum compoſitione, & eius loco oleo amigdalarum dulcium, vel amararum utendum eſt, vel axungia; ità ſanè in unguento roſato, & pomata loco olei axungia utuntur: animadvertendum pręterea, quod oleum quandòque aqua eſt abluendum, ſi refrigerandum ſit, oleumque recens eſſe, debet: quod ſi calefaciendum, oleo veteri eſt utendum, illudque minimè aqua abluendum, ità ſentiunt nonnulli rei pharmaceuticę ſcriptores.

Cum autèm de unguento roſato facta ſit mentio, circà hoc unguentum, quod fortaſsè ſolum inter unguenta officinalia gratum odorem habet, aliquid dicere, opportunum exiſtimo, circà modum ſcilicèt illud componendi, cùm non conveniant Auctores circà ejuſdem compoſitionem; alij enìm' accipiunt axungiam porcinam recentem, quam priùs lavant aqua calida, ſaltèm per novèm vices, & poſteà aqua frigida paritèr per novèm vices, triturant poſteà roſas rubeas recentes ad æquale pondus cum axungia, ſimulque commixtis roſis, & exungia per ſeptèm dies in aliquo vaſe putrefactioni relinquunt, tranſactis ſeptem diebus ad ignem coquunt roſas, & axungiam, & liquatę axungię, primis abiectis roſis, ęqualem roſarum portionem denuò affundunt, ac per ſeptem dies denuò infuſa relinquunt, affundunt poſteà ſexſtam partem ſucci roſarum, & ſextam partem olei amigdalarum dulcium, & omnia concoquunt lento igne ad conſumptionem ſucci roſa- *Unguentum Roſatum.*

rum

rum, & dùm coquitur, addunt nonnulli parum opij aqua rosarum dissoluti. Licèt communior hic fuerit olìm modus pręparandi unguentum rosatum, & sit juxtà Mesues descriptionem, adhùc tamèn' variant, utì dicebam, in ejusdem pręparatione Auctores; nàm alij locò rosarum rubearum utuntur rosis pallidis, cum has putent magìs odoratas, ipsisque adhibitis majorem unguentum pręseferre albedinem, quam cum nonnulli ament summam in hoc unguento, ideò succo rosarum, à cujus admixtione obscurari unguenti albedinem, putant, substituunt aquam rosarum; alij autem' è contrà conciliant eidem unguento rubicundum colorem, quem in eo pręsertìm' amant, infusis in illo, tepente adhùc', et liqnido radicibus anchusę: alij oleum amigdalarum dulcium nequaquàm addunt, etenim eo addito nimis liquidum redditur unguentum: Zuvelferus jubet, adhibere pinguedinem porcinam albissimam, nunquàm lotam, vel humectatam, cum humiditas prohibeat ulteriorem extractionem, vel atractionem subtiliorum partium fragrantissimarum ex adijciendis rosis. Unguentum rosatum pręparent hoc secundo modo nostri Pharmacopei.

Unguenta, alia sunt simplicia, alia composita. Simplicia sunt facilis compositionis, & componendi modus omnibus notus; adhùc tamèn unius, vel alteriùs unguenti simplicis componendi modus tradeturT.2.Clas.10. n.12. & 13. ut possint Pharmacopei ad illorum normam reliqua componere; pręttereà tradentur in pr.Tab. clas. 10. cõpositiones quorundam unguentorum, in quibus aliquid reformare, & emendare necessarium videtur. Ulteriùs traduntur Tabula 2. clas. 2. plurima unguenta, in quorum compositione volumus uniformitatem: habetur igitur Tab. 2. n. 12. descriptio unguenti albi, & n. 13. habetur compositio unguenti digestivi, circà quę nihil occurrit, quod emendari, aùt corrigi debeat. Hisce unguentis simplicibus, succedunt unguenta composita, inter quę occurrit primò unguentum de comitissa, cuius frequens est usus ad leniendos, & sedandos dolores circà dorsum, & lumbos, ad cohibendos nimios mensium fluxus in fęminis, quìn' & hermoroidum, tùm in fęminis, tùm in viris, tùm etiam ad roborandum fętum, & abortnm pręcavendum. Hoc unguentum confusionem appellat Brasavolus noster, & eiusdem pręparandi

varios

varios tradit modos, variasque receptas; varietas tamèn, non in ingredientibus, quę in omnibus receptis ferè eadem sunt, sed in dosibus pręcipuè consistit, & componendi modo; improbanda ęquidèm videtur tanta ingredientium copia, sed magis improbandę videntur, & utì inutiles reiciendę, tot illę olei, & cerę lotiones; servatis itàque ijsdem ferrè ingredientibus, illud pręparent Pharmacopei, proùt reformatum exhibetur Tab. prima num.

Ommissa hìc ulteriori unguentorum consideratione, quę habebitur infrà, ubi de uniformitate requisita in componendis medicamentis, ad cerata, & emplastra est deveniendum. Notat Brasavolus noster, quod per unguentum, ceratum, & emplastrum aliud hodiè significatur, ac olìm significatum fuerit; etenim antiqui illa solummodò dicebant unguenta, quę ex rebus odoratis componebantur, vocabant emplastra ea, quę ex mineralibus composita erant; quę enim hodiè emplastra dicuntur, olìm cataplasmata dicebantur, cerata autem dicebantur illa, quę ex oleo, & cera, aliis quidèm admixtis, componebantur, & ea præsertìm' cerata dicebantur, quæ firmitèr adeò cuti adhærent, ut difficilimè divelli, possint, sed quàm' confusa, & inconstans fuerit apud antiquos acceptio cerati, emplastri, & unguenti, unusquisque videre, poterit apud Mellichium.

Nos solummodò hìc quęrimus, quibus, ex his medicamentis, quæ corpori extrinsecùs applicantur, nomen cerati, & quibus nomen emplastri verè conveniat.

In Antidotariis, & Pharmacopeis ferè omnibus Auctores quærunt majorem consistentiam, & solidiorem in emplastris, quàm in ceratis. D. Charas in sua Pharmacopea Regia hæc habet: *Emplastra sunt composita medicamenta, exteriùs admovenda, quorum idem est usus, qui unguentorum, & ceratorum; at verò illorum consistentia multò solidior esse, debet, ut in cilindros, seù magdaleones deduci, queant, cùm cocta sunt, & refrigerata; tunc enim si charta obvoluantur, hoc satis est, ad eadem conservanda; Cerata autem, & unguenta vasis concludi solent*; ita paritèr Auctores Pharmacopeæ Augustanæ inquiunt: *emplastra, & cerata consistentia solummodò differunt, emplastra paulò solidiora sunt, cerata non nihil moliora*: at hodiè apud nos cerata dicuntur illa, quæ solidiorem consistentiam

habent

habent, emplaſtra, quæ moliorem; quis enim non videt multò ſolidiorem conſiſtentiam habere ceratum barbarum, ſtypticum Crolij, ceratum de Ranis cum mercurio, ac habeat emplaſtrum de meliloto, emplaſtrum de cruſta panis, de caſſia cum nido hyrundinum; ità ſanè cerata hodiè dicuntur, quæ ſolidiorem habent conſiſtentiam, & in cilindros, ſeù magdaleones deduci, poſſunt, & charta obvolui; emplaſtra verò, cum pulmenti conſiſtentiam habeant, vaſis concludi debent, ut' aſſerventur.

Emplaſtra componuntur ex foliis, & radicibus herbarum recentium, ex farinis, aliiſque pulveroſis, oleo, adipe, vel butyro, nequè illorum compoſitionem ingreditur, aut' cera, aut' reſina, aut' pix navalis, quæ ut plurimùm' cerata ingrediuntur, undè patet, quod hodiè apud nos emplaſtra dicuntur, quæ olìm dicebantur cathaplaſmata, & potiùs confunduntur cum emplaſtris cathaplaſmata, & emplaſtra cum cathaplaſmatibus. Diverſa emplaſtra diutiùs conſervari non poſſunt, undè tunc ſolummodò debent, præparari, quandò ſunt in uſum ducenda: quæ emplaſtra, quæ cerata hodiè præcipuè in uſu ſint, & quæ debeant in pharmacopoliis præparari, docetur Tab. 3. indice X.

Ex pluribus, iiſque diverſis ingredientibus componi emplaſtra, vidimus & quod illorum compoſitionem non ingrediuntur, cera, pix, reſina, aliaque hujuſmodi, à quibus dependet præſertìm' ceratorum ſoliditas, atque durities: quam proportionem habere, debeant inter ſe ingredientia, ex quibus cerata, & emplaſtra componuntur, determinari, non poteſt, cum varia eſſe, debeat, prò varietate ingredientium: neceſsè igitur eſt, quod Pharmacopei habeant omnium ingredientium exactam notitiam, & præcipuè noſcere, debent, quos in mixtione præſtent effectus, reſpectù conſiſtentìæ, & ſoliditatis. Plura cerata, & emplaſtra, quæ olim erant in uſu, hodiè ſunt in deſuetudinem, rariſſimè ſaltem in uſum ducuntur, & à paucis, undè nulla eſt neceſſitas eadem præparandi, alia, licèt ſint in uſu, cum diutiùs conſervari, non poſſint, ſufficit præparare, quandò præſcribuntur à Medicis.

Hiſce præmiſſis circà emplaſtra, & cerata in univerſali, ſupereſt, ut de iiſdem in particulari aliquid dicamus; inter cerata autem', & emplaſtra, quæ hodiè in uſu frequentiori

ſunt,

ſunt, primò occurrit Ceratum barbarum, cujus duæ habentur deſcriptiones: una ex Galeno, altera ex Paulo Æigineta; Pharmacopei ſequantur deſcrìptionem Galeni, quæ habetur Tab. 2. num. 1. claſſ. x.

Inter cerata capitalia, quorum variæ habentur deſcriptiones in pharmacopeis, & antidotariis, magis arridet ceratum capitale Montagnanæ. hoc præparent Pharmacopei, ſi placeat ipſis, habere præparatum in ſuis pharmacopoliis aliquod ceratum capitale, hujus habetur deſcriptio Tab. 2. num. xxx.

Ità pariter habentur in antidotariis varia cerata prò crepatis, ab authoribus diverſimodè præparata, cęteris præferendum videtur illud, qud deſcribitur in Pharmacopea auguſtana, & dicitur Norimbergenſium, & à nobis deſcribitur Tabula 2. nu. 2. *Ceratum prò crepatis.*

Ad nunc cenſum revocari, poſſunt cerata de pelle arietina, quorum licèt variæ habeantur deſcriptiones, tamen' cęteris preferenda videtut illa, quæ traditur ab Arnoldo de Villa nuova, & eſt Nicolai Præpoſiti, & habetur Tab. 2. num. 3. *Ceratum de pelle Arietina.*

Circà hujuſce cerati compoſitionem, plurà occurrunt adnotanda, & primò, quod videtur incongruè, & ſine ratione eidem additus ſanguis humanus, cum non appareat, quæ ſit affinitas inter rupturam, ſeù relaxationem peritonei, & ſanguinem humanum, & præſertim' hominis ruffi, quem vult, eligi Arnoldus, niſi fortaſſe eidem exſiccato aliqua vis adſtrictiva concedatur; undè oritur poſteà difficultas, an' prò compoſitione hujuſce cerati eligi, debeat ſanguis recenter è vena in brachio hominis ſani, extractus, an' potiùs utendum ſit ſanguine humano jàm exſiccato. Caleſtanus utitur ſanguine exſiccato, tùm' quià, inquit ipſe, faciliùs reliquis ingredientibus immiſcetur, & incorporatur, tùm quia majorem indè tenacitatem aquirit ceratum, nequè adeò facilè corrumpitur, & ſitum contrahit. Sed hic oritur poſteà alia difficultas circà quantitatem ſanguinis, immiſcendi cerato, non enim, ut notat Cleſtanus, eadem quantitas ſanguinis, debet, eſſe, ſi ſanguis recenter è vena extractus in uſum ducatur, ac ſi utamur exſiccato, & notat idem Caleſtanus, quod drachma una ſanguinis exſiccati correſpondet unciæ unæ ejuſdem recenter extracti; undè ſi unciæ octo, vel decem ſanguinis

M recenter

recenter tracti adhibeantur prò compositione cerati, prò ejusdem compositione sufficient octo, vel decem drachmæ sanguinis exsiccati. Variant aucthores circà quantitatem sanguinis, cerato immiscendi; Arnoldus enim immiscet uncias novem, Gentilis de Fulgineo libras duas, Auctores antidotarij bononiensis, Galenum, & Dioscoridem sequti, loco sanguinis humani ponunt sanguinem suillum; ità pariter & Donzellus, quos immitentur nostri Pharmacopei.

Ceratum de pelle Anguilla. Nonnulli præparant ad herniam ceratum de pelle Anguillę, descriptio habetur Tab. 2. num. 4. præparent etiam Pharmacopei ceratum ad herniam Paracelsi, cujus descriptio traditur Tab. 2. num. 5.

Quoniam etiam in maximo usu est, & plurimum' necessarìum Ceratum ad fœtum retinendum, ideò ut in ejusdem compositione sint uniformes Pharmacopei, diversissimæ enim sunt ejusdem descriptiones, illius descriptio traditur Tab. 2. num. x. ad cujus normam imposterùm debet præparari.

Ceratum de ranis cum mercurio. Plura essent adnotanda circà ceratum de ranis cum mercurio, cujus aucthor fuit Joannes de Vigo, & primò notandum esset, quod improbant nonnulli extinctionem mercurij cum saliva humana hominis jejuni, hanc extinctionem mercurij cum saliva humana præcipuè improbat, & acriter reprehendit Zuvelferus, qui in suis animadversionibus ait: *Quis porrò asservabit hujusce superciciei libram unam, vel alteram, quę prò dissoluendo mercurio esset necessaria, quis tantam copiam aquositatis cerato immiscere, poterit, servata justa cerati consistentia, & integris viribus mercurij*; hanc extinctionem mercurij, factam saliva humana, superstitiosam appellat Cordus, mihi quoque improbatur, quemadmòdum etiàm improbatur solutio mercurij, facta cum aqua forti, quæ ab ipso proponitur in reformatione emplastri; fieri enim nequit, quin' mercurius sibi assumat sales errodentes aquæ fortis. Mihi placet mercurij extinctio facta in mortario æneo, admixtis terebentina, styrace liquido, & adipe viperino, iisdemque plurimum' agitatis, proponitur iste modus componendi hoc ceratum à Donzello, hunc sequantur Pharmacopei, & præparent, pròut traditur Tab. 2. num. 4. ubi etiam traduntur receptæ plurium ceratorum, quæ hodiè in usu sunt, & sunt ceratum de cicuta Hildani, ceratum diaphoreticum Crolij, ceratum oxycroceum Nicolai, & alia plura.

Ex quò apud practicos, in aliquo usu esse, cæpit, sperma cæti, plura ex ipso præparantur remedia, seù plurimis immiscetur medicamentis, eodemque utuntur, & prò usu interno, & prò usu externo, inter externa medicamenta spermate cæti præparata, occurrit ceratum de spermate cæti, quod tamen' non tenentur, præparatum habere Pharmacopei, cum possit promptè, & facilè præparari, quandò præscribatur, ejusdem ingredientia sunt gumma amoniacum aceto solutum, trajectum, & spissatum ad unciam unam, spermatis cæti unciæ duæ, ceræ albæ uncię quattuor: pręparatur sequenti modo.

Dissolvitur amoniacum aceto, illudque traicitur, interim' cera alba in scutella argentea liquatur, iisdemque commixtis additur sperma cæti, quoniam' tamen' hoc emplastrum in gratiam puerperarum, ut plurimum' præscribitnr, & præsertim' prò delicatioribus usurpatur, quibus gravis esse, potest amoniaci odor; ideò amoniacum in ejusdem præparatione ommitti, potest,& ejus loco oleum, ex quatuor seminibus frigidis expressum, adhiberi. Præter efficaciam, quam habet hujusmodi ceratum àd dissolvendos mammarum tumores in puerperis ex lactis concretione, & coagulatione ortos, cosmeticum medicamentum etiam à nonnullis censetur, si tamen loco amoniaci adhibeatur oleum ex quattuor seminibus frigidis expressum.

Occurit ultimò loco in cathalogo ceratorum, ceratum viperinum, circà quod nichil habeo, quod addam, nisi quod à nonnullis eidem admiscetur mercurius ad augendam ejusdem efficatiam, ab hoc immiscendo tamen se abstineant Pharmacopei, nisi à medico iisdem præscribatur. Ejus descriptio traditur Tab. 2. Clafs. x. num. x. ubi etiam traditur descriptio cerati cujusdam sthomachici num. xxvi. *Ceratum viperinum*

In cathalogo emplastrorum occurrit primò emplastrum de bacchis Lauri, cujus ràrus est admodùm usus, in' ejusdem' præparatione illud animadvertant Pharmacopei, quod bacchæ lauri, radices cyperi, & costi debent seorsim' pulverizari, posteà debent, pulverizari in mortario, cujus fundum unctum sit, Thus, & Myrrha, tandèm Mastiches in altero mortario, guttulis aquę humectato, omnia posteà, ubi fuerint in pulverem redacta, debent simul misceri, & cum melle despumato incorporari, & ad formam emplastri reduci. Aucthores pharmacopeæ augustanæ addunt oleum laurinum, therebin-

 thinam,

thinam, & ceram citrinam, quæ non admittuntur à D. Lemmeri, nequè ab aucthoribus antidotarij bononiensis, nequè à Calestano: hęc omittant igitur Pharmacopei, illudque componant, si tamen' vellint, componere, pròut docetur Tab. 2. num. 28.

Emplastrum de crusta panis. Succedit in cathalogo emplastrum de crusta panis, cujus descriptio est Montagnanæ, in compositione hujusce emplastri reliquis ingredientibus addunt nonnulli corallia, & spodium, quæ mihi inutiliter posita videntur; extrinsecùs enim applicata, tamquàm' res mortuę nullo modo ventriculum roborare, possunt, omitti igitur, debent, & potiùs iisdem substitui medicamenta aromatica, nux moscata, scilicèt, cariophili, & pulvis rosarum rubearum. Augustani inter ingredientia hujusce emplastri non recensent sandalos albos, neque rubros, recensentur tamen' in descriptione tradita à D. Lemmeri, quos etiam recensent Aucthores antidotarij bononiensis, & Calestanus. Augustani pariter admittunt in compositione hujusce emplastri ceram, & theribentinam, quæ ommittuntur in antidotario bononiensi, & à calestano, quin' reiciuntur, & improbantur à Calestano, & à D. Lemmeri, facilè situm contrahit hujusmodi emplastrum, undè diutiùs conservari nequit, præparent Pharmacopei, prout reformatum exhibetur Tab. prima, nu. 2.

Emplastrum Diaphinicon. Emplastrum Diaphinicon non est ampliùs in usu, ejusdemque nullam mentionem faciunt, nequè Sgobbius, nequè D. Lemmeri, nequè D. Charas. Circà emplastrum de Meliloto notat D. Lemmeri, nullam esse proportionem inter ingredientia pulverizata, & liquida, quibus incorporari, debent; undè auget liquidorum quantitatem, & exhibet emplastrum de Melliloto reformatum, proùt à nobis describitur Tab. prima num. 2. notat Donzellus, quod prò compositione hujusce emplastri, accipi, debent siliquę Melliloti, semine turgidæ, quod adnotarunt etiam Serapion, & Septala.

Emplastrum de Melliloto.

Emplastrum de cassia cum nido Hirundinum. Apud nos plurimum' in usu est emplastrum de cassia, cum nido hirundinum præparatum, de quo, cum omnimodè sileant antidotaria, & Pharmacopeæ, ideò opportunum duxi, ejusdem præparandi, modum tradere, qui habetur Tab. 2. num. XXX.

Licet à nobis, quemadmodùm etiam à plurimis doctis viris, reiciantur

reiciantur vefcicatoria, & illorum ufus omnimodè improbetur in febribus, aliifque morbis acutis, adhuc' tamen quia à nonnullis, paucis tamen, ex noftris practicis, quandòque ordinantur, ideò vefcicatoriorum una, vel altera formula tradetur Tab. 2. num. x. ut etiam in hifce componendis uniformes Pharmacopei effe, poffint, nevè ampliùs feriant aures querelæ nonnullorum ex his, qui vefcicatoriis patrocinantur; dolent enim, quod hodiè appofitis vefcicatoriis non habentur utiles illæ fecretiones, & feparationes, quæ alioquin' fortafsè fuccederent, quia plurimi Pharmacopei recedunt à confueta, & antiqua præparatione paftæ vefcicantis, illamque debilem, & enervatam exhibent.

Hifce præhabitis circa cerata, emplaftra, & unguenta ad undecimam claffem eft deveniendum, in qua de Confervis, de Gelatinis, de Rhob, Looch, aliifque habendus eft fermo.

CLASSIS UNDECIMA.

De Confervis, Gelatinis, Looch, Rhob, Rotulis, Tabellis, & Morfellis.

DE confervis in hac undecima claffe inftituendus eft fermo, à quorum confideratione paucis me expediam, nequè enim hic plura occurrunt animadvertenda, facilis cum fit, fimplex, & omnibus ferrè nota illarum compofitio, à fervando dicuntur confervæ, cùm in eum finem inventæ fint, ut conferventur diutiùs, fuis viribus intactæ, nonnullæ plantarum partes, facilè alioquin' perituræ, & fuis viribus, ac facultatibus deftituendę, fi diutiùs conferventur, ideò uberior confervarum materies funt plantarum flores, cum enim facilis nimis fit florum jactura, illorum quoquè vires, & facultates facilè diffipantur, & cum alitibus odorofis avolant, alię etiam plantarum partes fuggerunt, prò confervis materiam, radices fcilicet, folia, & fructus; potior tamèn materia, uti dicebam, funt flores. Flores igitur facharo condiri, folent, undè per multos menfes, & annum fine magno virium, & facultatum difpendio, confervantur, poffent etiam melle condiri, fed condiuntur facharo, ut jucundiores fint, fuaviores,

res, & magis gratificentur palato. Communior conservas prępara ndi modus talis est: Flores, ubi ab ipsis partes inutiles fuerint separatę, minutissimè incidunt, vel potiùs pistillo ligneo in mortario marmoreo contunduntur, & singulis florum libris tres sachari albissimi librę adduntur; sacharum autem' priùs liquari ad ignem, debet, & clarificari, eidemque ad cocturam julapij, vel manus christi cocto, immergi debent flores, jàm anteà contusi. Notum tamen sit, 1. quod si flores humiditate abundent, & mucilaginosi sint, uti flores malvarum, cicorei, boraginis, & alij hujusmodi, sufficiunt duę librę sachari prò una libra florum, quod flores Malvarum, Boraginis, Ninpheę, aliique hujusce conditionis, non debent pistillo ligneo contundi, sed solummodò cultro, vel forfice sunt incidendi, si autem flores sint sicciores, quales sunt flores Anthos, Lavendulę, Majoranę, Mentę, debent prò qualibet florum libra quattuor librę sachari adhiberi. Sunt tamen', & alij modi pręparandi conservas ex floribus, sed iste est modus communior, & magìs in officinis usualis. Differunt conservæ à canditis ratione consistentię; conservę enim' molles sunt, candita duriora, cum prębeant canditis materiam vel plantarum fructus, vel radices, vel alię partes duriores, quę integrę sunt sacharo incoctę. Quęnam sint conservę apud nos magìs usuales, & quę potissimùm in Pharmacopoliis paratę esse, debeant, notaturTab. 3. indice x1. ubi seorsim' notantur conservę ex floribus plantarum, ex folijs, & ex fructibus compositę. Inter conservas ex floribus pręcipuum obtinet locum conserva rosarum, vulgò *Zuccaro rosato*; hęc enim pręter plurimas, quas affert in diversis morbis utilitates, gratissima etiam palato est. Notus est modus illam præparandi, illamque præparant, apud nos elegantissimè cujuscumque generis personæ, etiàm fæminæ, & præsertim' Moniales. Plurimi olim æstimabatur à Serenissima Mantuæ Ducissa conserva Rosarum in Pharmacopoliis Ferrariensibus pręparata, & magìs eidem in usu erat, quàm conserva illa rosarum, quam ad nos afferrunt Januenses.

Diversis valdè modis præpara ur hujusmodi conserva, & primò à Domino Charas præparatur tali modo, accipit unam libram rosarum rubearum, nondum' explicatarum, à quibus partem candicantem, unguem vocant, rescindit, deindè accurate

curatè in mortario marmoreo conterrit, ac paulatim' miscet libras duas sachari fini albissimi pulverizati ; ex hac mixtura conflat massam, consistentiæ electuarij liquidi, coloris rubei obscuri, quam gustui valdè gratam esse, ait, sub finem posteà addit aliquas guttulas spiritus vitrioli, vel sulphuris, quo colorem conservę exaltari, ait, ac rubicundiorem fieri, jubet tandem' hanc massam recondi in vase vitreo, ritè obturato, & per plures dies vas solis radiis exponit, ac per intervalla spatula lignea commovet, ad faciliorem sachari cum rosis commixtionem. Docet idem Charas alium modum, præparandi conservam rosarum, quam occulis, & palato gratiorem fore, promittit, immittendam, ait, semipintæ aquæ ferventis, jàm ab igne tamèn remotæ, libram unam rosarum, ut suprà præparararatum; quibus probè immersis, traicit per linteum mundum liquorem, rosis interim manibus expressis, quas posteà in mortario marmoreo optimè conterrit; intereà libræ duæ sachari albissimi in eo liquore, in quo fuerunt rosæ immersæ sunt decoquendæ, ad consistentiam electuarij solidi, & coctione absoluta, eidem admiscendæ rosæ, exactè contritæ, omnia versando, & agitando ad exactam comixtionem; tandem iubet omnia, adhùc calida in vase reponere, nequè vas occludendum, nisi prius refrixerint. Hunc secundum modum componendi conservam rosarum sequitur, & approbat D. Lemeri, solummodò addit, quod ubi fuerint sacharo commixtæ rosæ, denuò lento igni exponantur, continuò agitando, donèc aquirant consistentiam necessariam; approbat etiam primum modum, sed conservam hoc secundo modo præparatam magis æstimandam esse, ait. subdit tamen', quod non tandiù perdurat, ac ubi fuerit primo modo præparata. *Conservæ Rosarum.*

Addunt isti aucthores spiritum sulphuris, vel vitrioli, mihi tamèn non approbatur, nàm licet in recenti conserva colorem vividiorem faciant, tamèn, ipsa consenescente, pallidus fit, si aliquod acidum addere, necessarium fuerit, utantur Pharmacopei succo limonum. Auctores antidotarij bononiensis approbant primum modum præparandi Conservam rosarum

Pluribus tamèn aliis modis componitur à Pharmacopeis, totum discrimen autem est, quod alij exsiccant priùs rosas ad umbram, antequàm illas contundant, deindè iisdem contusis supe-

superaffundunt sacharum, ac indè intrà vas cupreum reponunt, atquè per tres menses vas charta coopertum solis radiis exponunt, sæpè immiscendo: alij non contundunt rosas, sed minutìm forsicibus incidunt; prò qualibet libra rosarum addunt nonnulli libras duas, alij tres sachari: alij sacharo, & rosis iàm simul commixtis addunt succum rosarum recenter è rosis expresum: alij conservam rosarum ad ignem coquunt; alij improbant hanc cocturam, quia timent, dissipari partes activas rosarum; alij contundunt rosas cum sacharo, ac indè posteà omnia igne, vel solis radijs ad debitam consistentiam perducunt.

Verum Conservæ rosarum præparandæ modum, habebunt Pharmacopei Tab. 2. num. 1. Condiuntur à nonnullis folia integra rosarum, absquè quod contundantur, tali pacto, accipiunt folia rosarum, quæ fuerint aquæ tepenti infusa, eadem sacharo pulverizato involuunt, deindè solis radijs exponunt, ut exsiccentur; nonnulli, ut gratiam concilient addunt sacharo ambræ grisæ aliquot grana.

Conserva rosarum solutiva. Præparatur etiam, & in usu est conserva rosarum solutiva, ad cuius compositionem adhibentur vel rosæ pallidæ, vel rosæ albæ, quæ vulgò Moschettæ dicuntur. Non approbat D. Lammeri in huiusce conservæ præparatione, ignem adhibere, nàm facilè dissipari, ait, partes volatiles rosarum, in quibus illarum virtus solutiva consistit, sufficit illas simul contundere in mortario marmoreo, cum dupla sachari portione; & per plures dies radiis solaribus expositas, conservare in vitreo vase: Si diutiùs servetur hæc conserva, multum amittit de sua vi solutiva.

Conserva Violarum. Eo modo, quo conserva rosarum, ità pariter conserva violarum præparatur, admixtis uncijs sex violarum recentium mundatarum cum uncijs XVIII. sachari albissimi, priùs tamèn violæ in mortario marmoreo contunduntur, ac interim lib. 1. & s. sachari coquitur ad ignem cum aquæ violarum uncijs sex, ubi sacharum coctum fuerit, ad cocturam circiter manus christi, removetur ab igne, & eidem violæ contusæ immiscentur. Consimili ratione præparantur conservæ florum Boraginis, Bulgossæ, florum Tussilaginis, florum Bethonicæ, Liliorum convalium, Tilliæ, Primulæ veris, & aliæ huiusmodi, & tandèm conserva florum Persici, quæ hodiè plurimùm in usu est.

Notan-

Notandum rursùs, quod flores Boraginis, & Malvarum, alijque huiusmodi, cum ſint plurimùm mucilaginoſi, non debent contundi in mortario, ſed cultro ſunt incidendi.

Præter conſervas ex floribus plantarum pręparantur etiam conſervæ ex quibuſdam radicibus plantarum, ex quibus pręſertim' in uſu eſt conſerva radicum Conſolidæ, & radicum ennulæ campanę, ſeù Helenij.

Conſerva radicum helenij pręparatur in hunc modum; accipiuntur radices helenij recentes, & mundatæ, coquuntur ad molitiem in ſufficienti quantitate aquæ communis, deindè pinſantur, & per cribrum inverſum traieiuntur, decoctio interim coquitur cum ſacharo, duplò radicum pondere, illaque parùm refrigerata, pulpa, iàm per ſetaceum traiecta, eidem immiſcetur, & refrigerata in vaſe idoneo reconditur. Radicum pręparatio conſiſtit in hoc, quod probè eluantur, & à ſordibus purgentur, ab exteriori pellicula, & omnibus ſuperfluis mundentur, & craſsè incidantur. *Conſerva Ennulæ campanę.*

Eadem prorsùs ratione pręparari, debet, conſerva radicum conſolidę, altheæ, omniumque radicum midoloſarum.

Conſervę uſuales, ut plurimùm ſunt ſimplices, habentur tamèn in antidotarijs, & pharmacopeis deſcriptæ nonnullę conſervę compoſitę, & pręſertìm in pharmacopea auguſtana deſcribitur conſerva hederę terreſtris compoſita, quam laudant valdè in peſtilenti conſtitutione, & mira pręſtare, aiunt, pręcipuè elicito ſudore. Deus à nobis hoc flagellum avertat, ſi fortaſsè etiam à longè imineret, opportunum erit, quod illam pręparent Pharmacopei; deſcriptio habetur Tabula ſecnnda num. 2. *Conſerva hederę terreſtris.*

Præparantur etiam conſervæ ex folijs plantarum, inter quas locum habet conſerva Capillorum veneris, quæ tamèn' apud nos non eſt in uſu; pręparatur enìm ſolummodò in illis locis, in quibus abundat Capillus veneris, & in quibus naſcitur odoratus, & multa virtute pręditus, talis habetur Monſpelij, ſimiliter pręparantur conſervæ ex folijs acetoſe, cardui benedicti, eufragię, meliſsæ, menthę, ex folijs abſcintij, ſummitatibus ſcilicèt, fumarię, cochleariæ, marubij, maioranę, & aliæ plurimæ, quæ, debent, pręparari eodem modo, ac conſerva Cappillorum veneris, cuius pręparandi modus traditur Tab. 2. num. 3. *Conſerva Capillo. veneris*

N Pęr-

Præparantur tandem etiam ex fructibus conservæ, inter quas connumeratur conserva Cynosbati, quę præparatur ex fructibus Cynorrodon maturis, & rubicundis, apertis, & à seminibus mundatis, qui irrorantur vino albo, deindè in mortario marmoreo contundunrur, & per cribrum traiciuntur, pulpa cum duplo sachari miscetur, coquitur lento igne, & fit conserva. D. Lemmeri infundit per tres dies fructus Cynosbati in vino albo, & vas, in quo fit infusio, reponit in loco humido:

Fit prætereà Conserva Cerasorum, corticum Citri, & totius Citri, ex pulpa Citoniorum, & Cornioli fructibus, quę Corniolata dicitur, ex prunis, & passulis: proponit Donzellus conservam ex Cassia solutivam, sed potiùs, quàm Conservæ, Electuarij nomen meretur; ideò eius descriptio traditur Tab. 2. num. XII. in classe electuariorum.

In hac classe etìam Gelatinæ comprehendi, possunt. Gelatinæ nomen habent vel à gelu, sunt enim' succi è quibusdam vegetabilibus, vel ex quibusdam animalium partibus, per coctionem eliciti, & condensatl, & veluti à frigore congelati, vel dicuntur gelatinæ, quià veluti gelù pellucidę sunt, frigore concrescunt, & in loco calidiori liquefiunt, non habent tamèn tantam duritiem, quantam habet gelum, sed moles sunt.

Gelatinæ alię sunt simplices, aliæ compositę, simplices dicuntur illę, quæ ex una tantùm materia fiunt; hanc suggerunt vel plantę, vel animalia; etenìm ex plantarum succis, vel per expressionem, vel per cocturam elicitis, nonnullę fiunt, alię ex carnibus, vel ossibus animalium per diuturnam coctionem eliciuntur.

Gelatinæ, quæ ex plantarum succis, & fructibus fiunt, prę-sertìm inventę sunt, ùt gratificetur ægrotantium palato, quę etiam sanis in delitijs sunt, quæ fiunt ex carnibus animalium, sępè sunt gulę delitię, ex his tamen' aliquę habent usum medicum, uti gelatina ex carnibus Viperarum, & Testudinum; ità pariter usum habent medicum, quę ex ossibus animalium fiunt, uti gelatina cornu Cervi, gelatina Eboris, gelatina ossium cruris vituli, inter gelatinas, quæ ex fructibus plantarum eliciuntur, in delitijs est gelatina Ribesiorum, & ideò circà hanc gelatinam, placet nonnulla adnotare. Quomodò prępa-randę sint gelatinæ Ribium, seù Ribesiorum, Cerasorum,

Cydo-

Cydoniorum, & aliæ huiusmodi, notum est etiam illis, qui nequaquàm Pharmacopeorum cathalogo adscripti sunt. Circà Ribesiorum gelatinam primò notandum, quod eligi, debent fructus rubentes, & maturi, qui à pedunculis separari, debent, posteà ex ipsis, in mortario marmoreo iàm contusis, succus linteo exprimi, deindè cum sacharo succus expressus misceri, commixti, debent albumine ovi clarificari, atque per telam bombacinam traijci, & filtrari; tandèm ad ignem concoqui, donec aquirant gelatinæ consistentiam. *Gelatina Ribes.*

Alio modo huiusmodi gelatina præparari, potest; accipitur libra una, cum dimidia sachari fini, quod albumine ovi clarificatur, deindè coquitur cum aqua communi ad consistentiam penidiotam, tunc eidem superaffunduntur libræ duæ granorum Ribes, à pedunculis separatorum, factaque levissima ebulitione, & quæ sufficiat ad crepaturam granorum, ab igne removentur, ac indè proiciuntur omnia suprà cribrum inversum, amplo alicui vasi super impositum, ità ut liquor sensìm depluat in subiectum vas, ibidemque in gelatinam concrescat; gelatina, hoc secundo modo præparata, suavior est, & magis gustui grata.

Circà gelatinam cornù Cervi, cuius præparandi modus omnibus notus, notandum est, quod valdè improbari, debet illorum usus, qui colaturam, antequàm concrescat in gelatinam, clarificant albumine ovi, posteà addunt vinum album, & succum citri, quæ nullo modo sunt immiscenda, nàm huiuscæ gelatinæ usus est præcipuè in febribus, & thoracis morbis, in quibus & vinum, & succus citri minimè conveniunt. Eodem modo præparatur gelatina ex Ebore, ac illa ex cornù Cervi, sed ut habeatur gelatina ex ebore, requiritur longior ebulitio, & maior eboris copia: Hoc eodem modo præparatur gelatina ex carne viperarum, maioris efficatiæ tamèn erit, si præparetur sequenti modo. *Gelatina ex cornù Cervi.*

Accipiantur decem, vel duodecim Viperæ, quæ abiectis capite, & cauda, & detracta pelle exentrentur, atque scindantur in frusta, & cum suis cordibus, & epatibus reponantur in vase terreo, optimè clauso, & lutato cum pasta, reponatur posteà vas in balneo Mariæ, ubi buliat per sex horas, tunc, aperto vase, proiciatur liquor in aliud vas, & filtretur per panum lineum, facta forti expresione, quæ sibi *Gelatina ex carne Viperarum.*

in vaſe relicta concreſcet in gelatinam, quæ guſtui plurimùm grata, quìn' ſuo ſale ſaturata eſt; nullum enìm eiuſdem factum fuit diſpendium.

Hìc ſubnecti etiam poſsunt Rhob, quæ præparantur ſuccis expreſsis, depuratis, & cum aliqua ſachari, vel mellis portione coctis, & hæc pariter inventa, ut meliùs conſerventur, & diutiùs nonnulli vel fructuum, vel etiam herbarum ſucci, & aliquam præſeferant iucunditatem, undè ſint aſsumentibus magis grati; ut plurimùm ſucci, ex quibus Rhob componuntur, è fructibus exprimuntur, quandòque ex herbis exprimuntur, & plantarum radicibus.

Rhob vel ſunt ſimplicia, vel compoſita, ex diverſis ſcilicèt ſuccis, ſimul commixtis, compoſita, quæ rursùs ſimpliciter alterantia ſunt, vel purgantia. Nonnulli Rhob præparantur ex ſolis ſuccis depuratis, & ad remanentiam duarum partium coctis, miliùs tamèn eſt, addere ſachari, vel mellis parum. Huiuſmodi medicamenta plurimùm olìm erant in uſu, hodiè prorsùs ſunt neglecta, undè de illorum præparatione nihil eſt, quod dicam, facilis prætereà eſt, & unicuique obvia illorum præparatio; inter Rhob connumerari poteſt Myva Cytoniorum, quæ adhùc in aliquo uſu eſt. Rhob proximè accedunt Ecglemata, ſeù Looch, quæ ſunt medicamenta compoſita, mediæ conſiſtentiæ inter ſyrupos, & electuaria, illorum uſus eſt præſertìm' in pulmonum affectionibus; hinc maior craſſities ijſdem conceſſa fuit, quàm ſyrupis, ut diutiùs faucibus adherere, poſſint, ibiquè moram trahere, undè faciliùs in aſperam arteriam delabantur, ac indè in pulmones, ubi craſſiorem linfam, crudam adhùc, concoquunt, atenuant, & ad expulſionem, per eſcreatum, diſponunt, vel ſi craſſiores alij ſucci ſint pulmonum bronchijs infarcti, illos incidunt, & ad excretionem inducunt. Horum pariter hodiè rarus eſt uſus, nequè eſt neceſsè, quod eadem præparata habeant Pharmacopei, nàm facilè corrumpuntur, alterantur, & conſceneſcunt: prætereà facilè, & promptè prętparari, poſſunt, quandò ordinentur à medicis. Quæ Arabibus looch, Grecis ecglemata, Latinis linctus dicuntur, linctuum variæ ſunt præparationes, inter magis uſuales recenſentur Looch de Pino, Looch ſanum, & expertum, Looch de farfara, Looch de pulmone vulpis.

Looch

Looch de farfara duplex eſt, vel ſimplex, vel compoſitum, looch de farfara ſimplicis pręparatio eſt unicuique, vel leviter in arte pharmaceutica initiato, nota; radices farfaræ, vel tuſſilaginis coquuntur ad molitiem in aqua communi, tunc extrahitur pulpa per cribrum, & in ſua decoctione diſſoluitur, & addito melle coquitur ad iuſtam conſiſtentiam: looch de farfara compoſitum admittit in ſua compoſitione radices Altheę, ſuccum Liquiritiæ, Macis pulverizatum, Cihamomum, Crocum, Cariophilos, quę cum ſacharo, & melle incorporantur, verùm huiuſmodi compoſitio parùm approbatur, quandò igitur à medicis ordinatur ſimpliciter looch de farfara, nulla facta ſpecificatione ſimplicis, vel compoſiti, ſimplex pręparari, debet, & exhiberi.

Looch de farfara.

Looch de farfara compoſitum.

Looch de pulmone Vulpis frequentior eſt uſus, eiuſdem preparandi modus dabitur Tab. 2. n. 13. hic ſolummodò adnotare, placet, quod pulmo debet, eſſe recenter extractus à Vulpe iuniori, venatù capta, debent venæ, & arterię à ſanguine probè expurgari, poſteà vino albo generoſo ſępiùs eſt abluendus pulmo, in clibano tandèm exſicari, debet, & exſiccatus ad uſum ſervari, ùt diutiùs intactus ſervari, poſſit, exſiaccatum pulvere abſcinthij aſpergunt nonnulli, ſed ingratum indè aquirit ſaporem, optimè conſervatur in vaſe anguſti orificij, optimè clauſo.

In uſu pariter frequentiori eſt Looch ſanum, & expertum, cuius deſcriptio deſumpta fuit à Meſuè; verum ſi vulgaris, & communis pręparatio attendatur, plura ſunt, quæ corrigi, ac emendari debent, & primò ommittenda videntur ſæmina lini, & fænù greci, quę ingratum ſaporem, & odorem medicamento conciliant; ideò iiſdem ſubſtitui poſſunt, quę magis medicamenti intentioni ſatisfaciant; liquiritia, quam addunt decocto nonnulli, poteſt, omitti, & eius loco liquiritia pulverizata reliquis pulveribus addi, alij utuntur potiùs oleis ſtillaticijs aniſi, & fæniculi, quàm ſeminibus; facilè enim evolant partes illorum activę in contuſione, quę plurimùm tamèn expetuntur, prò intentione medicamenti; cum autèm pinei, & amigdalæ difficulter in pulverem reduci, poſsint, ideò ſeorſim in mortario marmoreo contundenda, ac indè diſsoluta aliqua ſyrupi portione, per cribum traicienda ſunt, & traiecta medicamento immiſcenda; quomodò autèm huiuſmodi

Looch ſanum, & expertum.

modi

modi medicamentum reformari, debeat, docetur Tabula prima Claſſ. XI. num. I.

Plurimæ aliæ habentur in antidotarijs linctuum deſcriptiones, quas, data occaſione, conſulere, poterunt Pharmacopei: claudent igitur hanc undecimam claſſem Rotulæ, Tabellæ, Morſelli, quę pariter medicamenta ſunt iucunda, & grata palato, & ipſa enìm, rotulę ſcilicèt, morſelli, tabellę in ſua compoſitione admittunt ſacharum, & ſanè in maiori copia, quàm quælibet alia medicamenta, cum ſic exigat neceſſaria coherentia ingredientium, quæ vix formam ſolidam abſque ſacharo obtinerent: habent prætereà in uſu medico quamdam ſocietatem cum looch, ſeù linctibus, etenim plurima exhis præparantur contrà pectoris morbos, & diutius ore detineri, poſſunt, ut ſensìm delabantur. Multiplex eſt illorum materia, cum admittant in ſua compoſitione, quidquid, poteſt, cum ſacharo uniri; pulveres ſcilicèt, ſuccos, ſemina contuſa, olea, extracta. Non diferunt inter ſe Rotulæ, Tabellæ, Morſelli, niſi ratione figuræ, rotunda in Rotulis, quadrata in Tabellis, oblonga in Morſellis, innumeræ ſunt huiuſmodi medicamentorum formulæ, nàm quotidiè Pharmacopeis novæ exhibentur; nonnullæ rotulæ tamèn plurimùm in uſu ſunt, ut rotulæ Diacodion, rotulæ Violatæ, rotulæ ex ſale prunellæ cum ſacharo, rotulæ aniſorum, rotulæ ex China Chinæ: inter morſellos communis, & omnibus ferè familiaris eſt uſus morſellorum ordei, habentur prætereà in pharmacopeis deſcripti morſelli antiphtiſici, morſelli de citro, morſelli confortantes, & venerem ſtimulantes; ità pariter habentur variæ tabellarum deſcriptiones, quæ cum ad varios uſus ſint ordinatæ, ideò diverſæ ſunt illarum præparationes, diverſa ſcilicèt ingredientia prò diverſitate intentionis, in ſua compoſitione admittunt. Circà huiuſmodi rotularum, tabellarum, morſellorumque compoſitionem, nichil occurrit animadverſione dignum, qualis enim debeat, eſſe ſachari coctura, prò ijſdem conficiendis, omnibus notum, proportio ſachari ad ingredientia varia eſſe, debet, prò varia ingredientium conditione: prò compoſitione rotularum ingredientia debent eſſe ſubtiliſſimè pulverizata, quemadmodùm etiàm prò morſellorum compoſitione. Prærer vſitatas rotulas, atque tabellas ſuperiùs ennumeratas, plurimæ aliæ deſcri-

descriptiones rotularum, tabellarum, & morsellorum, uti diximus, habentur apud auctores, quæ cum ad particulares quosdam morbos sint ordinatæ; ideò solùm data occasione, & illarum ordinatione à Medicis facta, debent, præparari; nonnullæ ex his notantur Tab. 3. indice XI.

Quomodò rotulæ ex China Chinæ præparari, debeant, docetur Tab. 2. ubi etiam habentur diversæ aliæ rotularum, & morsellorum descriptiones.

CLASSIS XII., ET ULTIMA.

De remedijs è Chimicorum laboratorijs quęsitis.

IN hac ultima classe continentur plura illa remedia, quæ ex Chimicorum laboratorijs peti, solent, & sunt præcipuè diversæ metallorum, & mineralium præparationes, per quas Salia, Extracta, Tincturæ, Magisteria, & alia huiusmodi usui medico exhibentur.

Prima remedia sunt ex ferro, seù marte quæsita, cuiusmodi est magisterium martis Mynsicht, tinctura martis, sal martis, crocus martis adstringens,& alia, de quorum pręparatione nichil afferam, cum illa spectet potiùs ad Chymicos, quàm ad Pharmacopeos; meliùs esset tamèn, quod eadem præpararent Pharmacopei, etenìm sic esent sibi conscij de recta illorum præparatione. Præparent præsertìm magisterium martis Mynsicht, pariter crocum martis aperitiuum, & crocum martis adstringentem. Et quoniam diversæ proponuntur præparationes eiusdem croci martis aperientis; ideò eligant simpliciorem, illudque præ mentis occulis habeant, quod crocus martis omnium optimus, & ad medicos usus præstantissimus est ille, qui sine adiectione salis communis, vel alterius ætherogenei præparatur, solo igne reverberij, illudque etiam animadvertant, quod semper suspecta est præparatio, quæ fit adhibitis corrosiuis, præferrem ergò alijs præparationibus croci martis aperientis illam, quam exhibet D. Lemmeri in suo cursù Chimico cap. 7., quæ traditur Tab. 2. num. 1. Ubi etiam traditur modus præparandi crocum martis adstringentem.

Maxi-

Maximam agitant quæſtionem D. Charas, & D. Lemmeri, pariſienſes ambo, àn' ſcilicèt ad præparationes medicamentorum Chymicorum meliùs ſit, uti ferro, an' Chalibe. magis aptum præparationibus Chymicis ferrum ſupponit D. Lemmeri, quia laxior eſt in ipſo partium componentium textura, quæ denſior, & magis compacta eſt in chalibe; undè faciliùs à ferro, quàm à chalibe ſal ſeparari, poterit in ventriculo, à quo ſale tota martis efficatia, in debellandis contumacioribus morbis, ſperari, debet, prætereà in illa reductione ferri ad naturam Chalibis, plurimùm fit ſalis volatilis in ipſo ferro diſpendium, nequè tanti momenti cenſeri, debet, illa ferri à ſuis ſordibus, & recrementis expiatio, quæ contingit in chalibis præparatione, quandò fortaſſe cum illis actuoſior ferri pars deperditur. Ego prò præparationibus Chymicis ferrum magis aptum putarem, & maximè prò croci præparatione: Prætendunt nonnulli crocum dulcificare facta eiuſdem ablutione aqua communi, quod tamèn mihi improbatur; tali enim lotione ennervantur vires medicamenti, prætereà non indiget hoc medicamentum, dulcificari, quandò fortaſsè præparatio non ſit facta additione ſalium corroſivorum. Varij modi pariter habentur præparandi tincturam Martis, meliorem tamèn præparationem, ac cæteris præferrendam, dicimus illam, quam nobis exhibent aucthores antidotarij bononienſis, quæ exhibetur Tab. 2. num. 2. Tinctura Martis mihi familiris, efficaciſſima ad debellandos quoſcumque Virginum morbos à menſium ſuppreſsione ortos, & febrem albam pręſertìm, habetur Tab. 2. n. 3.

Præter medicamenta Martialia, quæ in ultimo indice Tabulæ tertiæ recenſentur, & ſunt illa, quæ magis in uſu ſunt apud medicos, adhùc aliæ habentur Martis, ſeù Chalibis pręparationes, quæ plurimam famam adeptæ ſunt, ob efficaciam, quam habent in aperiendis, & reſerandis contumacioribus viſcerum infimì ventris, & uteri præcipuè, obſtructionibus, & per conſequens in curandis morbis, ab ijſdem obſtructionibus ortis, inter reliquas, annis proximè elapſis in maximo prætio, & exiſtimatione erat quędam ferri præparatio, quæ, Chalibis ſolubilis nomine, Liburni à quodam Anglo diſpenſabatur, huiuſce Chalibis ſolubilis uſu contumaciſſimas affectiones hipocondriacas, & hiſtericas in nobilibus

libus quibusdam fæminis curatas fęlicissimè vidi; ità pariter maxima cum sui nominis laude anno 1713. reipublicę medicæ communicavit amicissimus æquè, ac doctissimus Vir Dominus Ioannes Hieronymus Zanichellus pulcherimam illam Martis præparationem, quam ferri nivem appellat, ob plurimam, quam pręsefert albedinem, atque molitiem. Huiusce medicamenti usu plures pariter vidi nobiles fæminas fælicissimè vindicatas à gravioribus morbis, à viscerum obstructionibus exortis, legant Pharmacopei doctissimum D. Zanichelli, viri in naturali scientia præclarissimi, opusculum, Venetijs anno 1713. excusum, ubi docet modum, præparandi nobile adeò medicamentum.

Innumera prorsùs ex Antimonio medicamenta nobis exhibent Chymici, satis est, quod nostri Pharmacopei habeant in suis Pharmacopolijs stijbium diaphoreticum, vitrum antimonij, seù antimonium hijacinthinum, in præparatione stibij diaphoretici, sequantur Pharmacopei præparationem, traditam à D. Lemmeri, ubi tamèn animadvertant, quod, ad rectam præparationem stibij diaphoretici, requiritur primò, quod nitrum sit plurimùm inflammabile, ità ut per violentam eiusdem detonationem particulæ emeticę stibij rapiantur, & avolent; undè malè ò nonnullis clauditur vas in actù detonationis, cum sic impediatur, ne avolent particulæ emeticæ, & stibium non spoliatur omnimodè sua vi emetica, animadvertant etiam, quod mixtura nitri,& antimonij paulatìm fieri, debet, & quod per cocleare infundibulo, intrà quod iàm stibium repositum sit, nitrum immitti, debet, & quod in fine operationis, calcinatio per violentissimum ignem, spatio horarum duarum saltem est promovenda.

Quod spectat ad medicamenta ex mercurio præparata, præter mercurium sublimatum, & mercurium præcipitatum, prò usu externo in sordidis ulceribus, laudarem, quod nullum medicamentum ex mercurio præparatum, sub quocumque fucato nomine occultetur a Chimicis, haberent in suis pharmacopolijs nostri Pharmacopei; si tamèn aliquod habere, illis placeat, sufficit, quod habeant mercurium dulcem non dispensent tamèn, nisi priùs ipsis optimè constet de eiusdem præparatione, quod scilicèt sit recenter, & rectè facta, & pręsertìm lingua explorent, maxima cum attentio-

ne, an' omni prorsùs acrimonia spoliatus sit: Quod si perito alicui Pharmacopeo placeat, illum pręparare, sequatur in eiusdem pręparatione Dominum Lemmeri, & tunc Pharmacopeus animadvertat, quod sublimatum corrosivum, quod est maxima basis huiusce remedij, debet, esse sincerum, & absque ulla arsenici mixtione elaboratum, cuiusmodi esse solet tinctorum sublimatum, nunquàm enim arsenicum per quamcumque ignis violentiam, & repetitas calcinationes sua indole corrosiva spoliatur; hinc est fortassè, quod quandòque infensus adeò est, & perniciosus mercurij dulcis usus: animadvertant etiam, quod limitari minimè possunt, sublimationes, quę tandiù solummodò sunt repetende, quantùm sufficiat ad spoliandum mercurium omni acrimonia, nàm si ulteriùs protrahantur, enervatur mercurius, & potiùs fit diaphoreticus.

Licèt plurima ex Vitriolo præparent Chimici remedia, sufficit tamèn, quod nostri Pharmacopei habeant vitriolum rubificatum, & spiritum vitrioli.

Ex Tartaro sufficit, quod præparatum habeant sal tartari, tartarum vitriolatum, spiritum tartari, oleum tartari, & tartarum martiatum, cuius præparandi modus traditur Tab: 2. num.   in ieusdem enìm præparatione diversimodè procedunt nonnulli.

Ex sulphure tandèm habeant pręparatos flores sulphuris, lac sulphuris, quod etiam magisterium, vel butirum sulphuris dicitur, oleum sulphuris, spiritum sulphuris. Circà balsamum sulphuris notandum, quod si in pręparatione eiusdem loco olei terebinthinæ adhibeatur oleum lini, habetur balsamum utilissimum ad ulcera; ità pariter prò usu interno fit balsamum sulphuris anisatum, si loco olei de terebinthina adhibeatur in eius pręparatione oleum distillatum, vel expressum ex seminibus anisorum. Rolandus balsamum sulphuris pręparabat cum oleo nucum, loco olei terebinthinæ, eoque in varijs, & infinitis morbis cum felici valdè succesṡu utebatur. Sed hæc dicta sufficiant, hisce enim habitis animadversionibus circà plurium medicamentorum compositionem, & indicatis, quæ ex immensa illa adeò medicamentorum farragine, qua onerantur hodiè, nè dicam, opprimuntur Pharmacopolia, quæ inquàm sint retinenda, quę reicienda, & quomodo

modo pręparatio ad leges artis, atque præcepta meliùs sit revocanda, sufficienter meo muneri satisfactum in hac parte existimo; hisce enim illud maximum inconveniens, quod irrepsisse paucis ab hinc annis in re pharmaceutica, observavimus, tolli facilè, facilèque emendari, posse, mihi videtur. Ulteriùs igitur est procedendum, & ad alterum illlud maximum inconveniens, à nobis in visitatione observatum, nostræ animadversiones sunt convertendæ, & quommodò illud tolli, ac emendari, possit, ac debeat, determinandum. Alterum, quod in visitatione pharmacopoliorum observavimus, inconveniens erat, quod non sunt uniformes Pharmacopei in omnium medicamentorum compositione, & potissimùm in compositione quorundam medicamentorum, quæ sunt maximi momenti, & maximum usum habent; cum enim plurium medicamentorum diversæ præparationes, atq; compositiones differentes proponantur in antidotarijs, & pharmacopeis, alij Pharmacopei unum sequuntur antidotarium, unamque receptam, alij sequuntur aliud antidotarium, aliamque receptam; hinc est, quod non sunt uniformes, nequè conveniunt in plurium medicamentorum compositione, ex quo sanè multa sequuntur absurda, & multa ægris eveniunt damna, incommoda, & pręiuditia, quin' multum etiam medentium famæ, atque decori pręiudicatur. Etenim cum diversę illę receptę non differant solummodò circà pręparationis modum, verùm etiam differant plurimę circà ingredientium numerum, & qualitates, & circà illorum dosim; hinc est, quod medicamenta, quæ in ipsis notantur, differunt plurimùm viribus, & facultatibus; differunt quoad energiam, & efficaciam, & licet conveniant nomine, non conveniunt re. Non videò igitur, quommodò medicus possit fidenter, opportunè, & cum ægrorum iuvamine ijsdem uti, quandò eidem non sint notæ illorum vires, & facultates, quę sanè eidem notę esse, non possunt, quandò ignoret illorum compositionem, ex quibus ingredientibus scilicèt, in qua dosi, & quomodò sint composita, quæ omnimodè ignorabit, quandò aliqui Pharmacopei componant uno modo medicamenta, alij alio modo, ut igitur evitentur omnia hęc inconvenientia, volumus, quod imposterùm omnes Pharmacopei huiusce urbis sint uniformes in componendis medicamentis, omnes

fcilicèt medicamenta componant eodem modo, & in hunc finem dabimus Tabula fecunda defcriptiones, feù receptas illorum medicamentorum, in quorum compofitione volumus, quod fint impofterùm uniformes, impofterùm igitur medicamenta, Tabula fecunda adnotata, componant eodem modo, modo fcilicèt, quo ibidem à nobis indicatur, & fequantur receptas, quæ ibi traduntur, illas fub occulis habeant, & obfervent; ità fanè confultum erit ęgrotantibus, & illorum indemnitati; provifum erit etiam medicorum, quin' Pharmacopeorum famę, & decori; fic enim notum erit omnibus huiufcę urbis medicis, quę fit omnium medicamentorum, quę in pharmacopolijs urbis pręparantur, compofitio, ex quibus nempè fint compofita ingredientibus, & in qua dofi, undè ijfdem pofterunt fidenter uti, eadem opportunè, & in debita dofi ægrotantibus exhibere, eademque etiam ommittere in illis cafibus, in quibus morborum circumftantię, ægrotantium vires, fexus, vel ætas illa refpuant. Non ampliùs igitur Pharmacopei fequantur in compofitione medicamentorum receptas, quas habent nonnulli manufcriptas in fuis antiquis receptarijs, quæ cum fint a longo tempore confcripta, receptæ in illis propofitæ, ut plurimùm barbariem fapiunt, ut potè ex Arabum fchola profectę, quod fi nonnulli habeant receptaria paucis ab hinc annis confcripta, nullamque pręseferant barbariem receptæ, quę in ipfis notatę funt, & fint uniformes illis, quæ à nobis traduntur Tabula fecunda, tùnc illas fequantur. In tabula fecunda igitur habebunt Pharmacopei defcripta illa medicamenta, in quorum compofitione volumus, quod fint uniformes, circà quas compofitiones, aliquas fcilicèt, nonnulla curfim' adnotabimus, in exponendis autèm medicamentorum receptis, feù in confiderandis ijfdem medicamentis, illum eundem ordinem fervabimus, quem fuperiùs fequti fumus, procedemus per claffes, & proponemus in unaquaque claffe remedia, quorum uniformitatem volumus, illorumque dabimus receptas, quas a Pharmacopeis fequi, volumus. Sit igitur.

PARS SECVNDA

De Uniformitate in Medicamentorum compoſitione obſervanda

CLASSIS PRIMA

DE SYRUPIS.



AD ſyruporum claſſem reduci, poſſunt nonnullæ potiones ſolutivæ, in quarum pręparatione volumus etiam uniformes Pharmacopeos; ut igitur ab iſtis exordiamur, notandum eſt, quod, delabente ſæculo rotroacto, cæpit, apud nos eſſe in uſu *Potio ex Caſſia clarificata.* Primus nos docuit eiuſdem præparationem præclariſſimus Raymundus Io: Fortis, in Almo Patavino Gymnaſio Profeſſor Primarius, qua occaſione Ferrariam venit, vocatus ad curationem nobiliſſimæ Matronæ, gravi morbo decumbentis; inter ſchedas Doctiſſimi Hieronymi Nigriſolij Parentis optimi, adhùc conſervatur recepta Potionis ex Caſſia clarificatæ, eiuſdem præſtantiſſimi viri, Io. Fortis ſcilicèt, manu ſcripta, quam eidem parenti optimo tradiderat doctus vir, communicata alijs medicis poſteà fuit recepta, undè cepit, in uſu eſſe huiuſmodi Potio; Verùm quia minùs efficax fortaſsè videbatur nonnullis, & debilis in laxanda, ſeù movenda alvo; ideò Pharmacopei, ne illorum medicamenta, ſeù medicamentorum præparationes, reprehenderentur,& accuſarentur, ſeù defraudarentur illo plauſa, quo proſequi ab imperito vulgo ſolent purgantia medicamenta, ubi, ab ijſdem aſsumptis, largiores ſequantur deiectiones, receſſerunt à præſcripto præparationis modo, & infuſioni addere cæperunt, vel ſenam, vel mannam, quibus admixtis ſanè ab aſſumpta potione largiores habebantur evacuationes, undè Potio ſummis attolebatur laudibus, & Medici, ac Pharmaco-

Potio ex Caſſia clarificata.

macopei optato non defraudabantur plausu; hunc tamèn abusum approbare, minimè possum, nequè approbari, potest à Medicis, qui noverint, quod evacuationes non sunt multitudine æstimandę, hunc recessum à primo potionis ex cassia præparandę modo ignorarunt diutiùs medici, undè fidenter tali potione utebantur, & non raró cum aliquo ægrotantium incommodo, etiam in illis morbis, in quibus suspecta alioquin' illis fuisset Sena, & Manna, & ab eorundem usu se abstinvissent; hoc innotuit tandèm medicis, ac indè magis cauti facti sunt in præscribenda potione ex Cassia. Cum igitur possit quandòque, esse intentio medici in quibusdam morbis, exhibere potionem, quæ levissimè alvum moveat, & ex qua nulla sequatur humorum agitatio, quemadmodùm contingit assumpta Manna, aut Sena, quandòque possit, esse intentio ipsius medici, validiùs alvum movere; ideò imposterùm in præparatione potionis ex Cassia, se contineant intrà huiusmodi limites Pharmacopei, si à Medico pręscribatur solummodò potio ex Cassia clarificata, nulla facta additione, illam præparent, proùt describitur Tab. 2. num. 1.

Quod si à Medico ordinetur Potio solutiva ex Cassia clarificata, tunc addant in exigua dosi Mannam, & illam pręparent, proùt describitur Tab. 2. num. 2.

Circà finem pariter retroacti sæculi in usu esse, cępit Ptissana solutiva, cuius cognitionem, & usum debemus D. Augustino Donato, viro ob eximias animi dotes plurima laude digno, qui & medicis, & pharmacopeis huiusce Civitatis eiusdem receptam tradidit, quam ipse acceperat Mantuæ à Medicis Gallis, qui tunc ibidem stationem habebant, ipsis enim frequens admodùm erat Ptissanæ solutivæ usus. Circà præparationem Ptissanæ solutivę variant, leviter licèt, Pharmacopei, exindè sequantur, quæ traditur num. 3.

Potio ex Manna. Frequens olim erat Potionis ex Manna clarificatæ usus, sed raró nunc præscribitur, tùm quia incertę admodùm operationis est, tùm quia sæpè graves excitat dolores; enervatur enim, & suis viribus destituitur Manna, & facultatibus, dùm clarificatur, undè commotis, & agitatis humoribus, minimèque evacuatis, & eductis, leduntur diversis modis ægrotantes, & dolores potissimùm, ac tormina excitantur,

tur, ideò placeret, quod exindè præpararetur potio ex Manna proùt num. 5. exponitur.

Antiquus eſt noſtræ Potionis Magiſtralis ſolutivæ uſus, quam ut ſuperiùs dixi, noſtri famatiſſimi Medici Recalcus, Libiolus, Lolius, & Calanus nobilium potionem dicebant. Suppono, quod in hac præparanda conveniant noſtri Pharmacopei, tamèn venerationis gratia ergà eiuſdem auctores, placuit num. 4. eiuſdem receptam tradere, ad cuius normam illam preparare, debent omnes Pharmacopei. *Potio magiſtralis ſolutiva.*

Preter ſyrupos, quorum conſiderationem habuimus in prima claſſe primæ partis, & quorum cathalogus exhibetur Tab. 3. n. 1. & ſunt illi ſyrupi, quos preparare tenentur, & præparatos habere Pharmacopei, etenim illorum frequens eſt uſus, & omnibus ferè medicis communis, cum in plurium morborum curatione locum habeant, ſunt plurimi alij ſyrupi, quos, licèt præparatos habere, non teneantur, tamèn contingit aliquandò, quod illos ex medicorum ordinatione præparare, debeant, nequè medici illorum deſcriptionem, ſeù preparandi formulam ſemper præſcribant, ſed indicent ſolummodò ſyrupum utì, V. G. ſyrupum de Chalibe, de Helenio, de Laccha &c. neceſſarium ideò mihi videtur, huiuſmodi ſyruporum indice facto, quod habebitur Tab. 3., illorum præparationem, ſeù componendi rationem, atque receptas tradere Tab. 2. Claſſe prima, ut in illis componendis uniformes eſſe, poſſint Pharmacopei.

In Indice igitur huiuſmodi ſyruporum occurrit primò ſyrupus de Chalibe: ab Offmano in pharmacopea ſchroderiana duo proponuntur ſyrupi de chalibe, Primus habetur mihi pag. 177. & eſt D. d'Aquin, olim Regis Criſtianiſsimi Medici: Secundus deſcribitur in Theſauro pharmaceutico ejuſdem Friderici Offmani, ſi tamèn debeant præparare Pharmacopei ſyrupum de Chalibe, preparent iuxtà deſcriptionem, quæ habetur Tab. 2. num. 10., & eſt ſyrupus de Chalibe D. d'Aquin: eius deſcriptio habetur apud Offman pag. 177., & eſt illa eadem, quæ habetur in Pharmacopea univerſali D. Lemmeri.

Preparant nonnulli, & preparatum retinent ſyrupum Cachecticum Fernelij, ſed varij ſunt in eiuſdem præparatione, auctores enim diverſimodè reformatum illum exhibent: impoſte-

posterùm omnes Pharmacopei illum præparent iuxtà receptam, quæ exhibetur Tab. 2. num. 9.

Syrupus Anthiasmaticus. Si quandòque syrupus Anthiasmaticus ordinetur à Medico, nulla facta eiusdem descriptione, præparent Pharmacopei syrupum Anthiasmaticum D. d'Aquin, cuius descriptio habetur Tab. 2. num. 6.

Syrupus Corallorum. Licet habeantur plures descriptiones syrupi Corallorum, illum tanèm præparent Pharmacopei, proùt à nobis describitur Tab. 1. num. XI.

Syrupus de Erisymo Syrupum de Erisymo, debent, præparare iuxtà descriptionem Lobellii, quę traditur Tab. 2. num. XV.

Syrupus Antiscorbuticus. Plures pariter in pharmacopeis describuntur syrupi Antiscorbutici, pręferrendus reliquis syrupus Antiscorbuticus D. d'Aquin, qui describitur Tab. 2. num. VII.

Syrupus de Lacca. Syrupus de Lacca, & eiusdem præparandi modus habetur Tab. 2. num. XVI., ibi pariter habetur num. XII. modus pręparandi syrupum de China Chinæ.

Syrupus de Helenio In frequenti usu est syrupus de Helenio Horatij Augenij, eius habetur descriptio Tab. 2. num. XIV.

Syrupi Antiepileptici. Proponit syrupum antiepilepticum Quercetanus, eiusdem descriptio habetnr Tab. 2. num. 8., ubi pariter num. XIII. describitur syrupus prò Epilepsia puerorum. Consuetus modus præparandi syrupum de Terebinthina reiciendus videtur, cum semina genistæ, quæ eiusdem compositionem ingrediuntur, dolores, & tormina excitent, præparent illum igitur imposterùm Pharmacopei iuxtà descriptionem, quæ traditur Tab. 2. num. XVIII.

Syrupus de Terebinthina.

Iulapium gemmatum. *Iulapium de Contraierva* *Iulapium perlatum* Quoniam volumus, quod etiam sint uniformes Pharmacopei in compositione julappij gemmati, & julappij de Contraierva, ideò recepta prò primo traditur num. XX., alterius num. XXII., ubi etiam num. XXI. traditur recepta Iulapij perlati.



CLASSIS

CLASSIS SECUNDA.

De Electuarijs, Confectionibus, & Opiatis.

IN hac secunda classe recensentur Electuaria, Confectiones, & Opiatæ, & iàm nonnulla fuerunt adnotata, circà compositionem electuariorum solutivorum, quę magis in usu sunt, & quæ debent præsertim, præparata haberi in pharmacopolijs, & quæ indigent reformatione.

De Electuarijs non solutivis, quorum alia electuarij nomen adhùc retinent, alia confectiones, vel opiatæ dicuntur, aliquid dicendum est: inter electuaria non solutiva occurrit primò electuarium Diascordeon Fracastorij, quod sanè in plurimo usu nunc est, cum eximijs dotibus præditum sit, & præcipuè contrà pestem, & morbos pestilentes multum valeat, eius descriptio habetur Tab. 2. num. 2. Class. 2., & licèt reformatum illud exhibeat D. Lemmeri, placet tamèn, quod Pharmacopei illud præparent, proùt proponitur à suo aucthore, & à nobis describitur Tab. 2. num. 2.

Proponuntur in antidotariis, & pharmacopeis diversa electuaria de Chalibe, cuius habentur tres descriptiones in antidotario bononiensi, sed reliquis ommissis, placèt, quod pręparent Pharmacopei electuarium de Chalibe iuxtà descritionem, quę traditur Tab. 2. num. 3. huiusmodi electuarium, quod in plurimo usu est, utpotè valde efficax, prò debellandis contumacioribus virginum morbis, & ijs præccipuè, à diuturna mensium suppresione exortis, famam accepit, ex quò illud, tamquàm arcanum dispensare, ceperunr Moniales Bononienses insignis Monasterij Corporis Christi, in quo nostra Sancta Cattherina de Vigris tanta pietate colitur. Olim apud nos illud præparabant, & dispensabant Moniales Sancti Viti:

Quò magis in prætio est, & æstimatur Confectio Alchermes, eò magis discordes sunt circà eiusdem præparationem, & litigant Pharmacopei; nàm improbant nunnnulli modum præparandi syrupum de Pomis, quo utuntur plerique in præparatione huiusce Confectionis, improbant autèm, quod ut- *Confectio Alchermes*

antur nonnulli ſerico, ſucco granorum Chermes tincto, ad eiuſdem pręparationem; nonnulli enim ſericum, ſucco granorum Chermes tinctum, infundunt in ſucco pomorum dulcium & aqua roſarum, deindè poſt XXIV. horarum infuſionem, omnia ebulire faciunt, donec aqua rubeſcat, tunc facta colatura, cum forti expreſſione, cum hac colatura, & ſacharo ſyrupum componunt, quò poſteà utuntur ad compoſitionem Confectionis Alchermes: Hanc ſyrupi pręparationem ineptam, & ridiculam dicit Zuvelferus; ridiculum enim putat, tincturam granorum Chermes è ſerico, eadem infecto, querere, quandò immediatè illam poſſumus, ex ipſis gradnis Kermes extrahere, eodem pomorum dulcium ſucco, & efficaciorem ſyrupum componere, plura indè affert, ut ineptam demonſtret ſetam infectam, prò confectione ſyrupi; & primò ait quod raro illud ſericum ſola tinctura granorum Chermes eſt infectum ſed ut plurimùm aliarum rerum additione à Tinctoribus eſt adulterata, ſecundò quod nulla à ſerico virtus electuario accedere, poteſt, quam ſi haberet, & ex ipſa confectionis activitas augeri, poſſet, adhùc illam ammitteret intrà ſericariorum manus, propter multifarias lotiones, coctiones, & expreſſiones; quod ſi foliculis utantur alij, addit ipſe, hęc magna infecta ſunt malignitate, ob papiliones in ijs putrefactos: inquit prętereà non alia fortaſſe ratione Meſuem, ſerico, tinctura granorum Kermes infecto, prò confectione huiuſce electuarij, uſum fuiſſe, quàm ob penuriam in ſuis regionibus granorum Kermes, quorum ſuccus nequè illi erat obvius, nec grana prò retrahenda tinctura, ideòque ſerico, tinctura infecto, & aliundè aduecto, utendum eſſe, putavit; undè concludit, *quod nos, qui nequè ſucci, nequè granorum Kermes viduitate tenemur, valdè imprudentes eſſemus, ſi ex rebus, huiuſce fructus tinctura dumtaxat imbutis, nou verò ex fructù ipſo tincturam, & virtutes eſſentiales eliceremus.* D. Lemmeri approbat, quod utantur Pharmacopei ſucco granorum Kermes, quem ſanè efficaciorem arbitratur, quàm tincturam, quocumque modo extractam. Pharmacopea Pariſienſis reicit omnimodè à compoſitione huiuſce confectionis ſericum crudum, nam ſivè erudum, ſivè elaboratum ſit, nihil per ebulitionem ab ipſo extrahi, poteſt, quod addat vires, & facultates electuario. D. Lemmeri excludit aquam roſarum, nàm per

per ebulitionem eiusdem partes volatiles, & odorosę disperduntur: nullius usus, addit, esse margaritas, lapidem Lazuli, aurique folia, quæ solummodò inserviunt ad pompam, & fastum.

Non ommittendum tamèn sericum, neque inutile esse eiusdem usum in hac compositione, sustinet D. Charas, assumit enim tamquàm certum, in omnibus partibus animalium, immò & cunctis illorum excrementis, atque productionibus, plurimùm salis volatilis contineri, assumit etiam tamquàm certum, quod salia, volatilia scilicèt, eximias in medicina vires habeant, quibus positis, concludit, sericum crudum aliquos usus in medicina habere, posse, & consequenter non fuisse inconsultò admixtum sericum reliquis ingredientibus, ex quibus Confectio alchermes componitur; in usum tamèn ducendum esse, ait, sericum, quod sit omnis coctionis expers, & nondùm è folliculo evolutum, inquit igitur, quod quarto, vel quinto die, post' completum folliculum, facta eiusdem incisione, bombix edùci, debet, & membrana exterior postrema est adimenda, quemadmodùm & tunica maximè intima, supponit enim sericum hoc modo præparatum, cum non sit plurimis illis lotionibus, neque coctura enervatum, posse suas vires, & fcaultates confectioni communicare; ità pariter Costeus ait, non esse opportuna ad hanc confectionem serica fila, sed quod ipsimet folliculi seligendi sunt, probatissimi, nullumque passi artificium, & Ludovicus Septala dicebat, *dupliciter peccare, qui sericos filos, iàm excoctos, assumunt, primò, quia crudi sumendi sunt in sincera natura sua, quam ex parte ammittunt per cocturam: secundo Tinctores, ut faciliùs, & meliùs colorem filis sericis imprimant, non levem admiscent aluminis portionem.*

Et quidèm fundamentum, per quod reiciendos putant nonnulli foliculos, est adeò debile, ut nesciam, quomodò eidem initantur aucthores, nimirùm si præcipuum fundamentum reiciendi foliculos est, quod foliculi contrahunt noxiam qualitatem ab emortuo, & putrescente intrà foliculum, bombice, potest, fieri extractio, & de facto fit, bombicis, antequàm moriatur, neque moritur intrà foliculum, nisi procurata eius morte, vel ferventi nimium solis radio, vel calore furni, alioquin' vivit, donec sua absoluta methamorfosi in papilio-

 nem

nem evadat; undè è bombicis cadavere nullam contrahere, poteſt foliculus, pravam qualitatem, quandò vel non emoritur, vel extrahi, poteſt, antequàm emoriatur: in præparatione igitur Confectionis alchermes foliculi ſunt adhibendi, non ſericum in fila tractum de quo, conveniunt doctiores omnes, excludendum eſſe, ac reiciendum, ut potè coctura, & lotione, ſuo ſale volatili depauperatum, & multò magis ſericum, à tinctoribus Kermes colore infectum, addunt enim tinctores alumen, ut pulchrior color evadat, quod ſanè nocuum. Pharmacopei igitur præparent confectionem alchermes eo modo, quo proponitur Tab. 2. num. v.

Confectio ex Hiacintho.

Circà confectionem ex Hiacintho nichil habeo, quod dicam, ſequantur Pharmacopei præparationem, quæ traditur Tab. 2. num. vi., & loco ſyrupi de ſucco Limonum prò reductione pulverum ad formam opiatæ, utantur ſyrupo florum Tunicæ, vel potiùs ſyrupo de corticibus Citri. Nequè mirentur nonnulli, ſi ſyrupo limonum, ab omnibus auctoribus ferè uſitato, ſubſtituimus ſyrupum florum Tunicæ, vel de corticibus citri, ratio enim, quæ nos movet, eſt, quia ſyrupus Limonum ſtatìm ſuas exerit vires in terras, & lapides, & inſignem excitat effervefcentiam in ipſis, & hoc in cauſa eſt, quod nimiùm turgeſcat confectio, & extrà vaſis oras exundet, niſi fuerit capacitatis inſignis, prȩtereà ex tali ſyrupi in lapides, & terras actione ſequitur, quod illorum alchalica vis infringitur, & diminuitur, quin' confectionis colorem remiſſiorem reddit, accedit tandèm, quod ſyrupus de Tunica ſuis viribus auget vim cardiacam ipſius electuarij, illudque iucundiorem, & pulchriorem reddit.

De Theriaca.

Famatiſſimum adeò remedium Theriaca eſt, eximijs adeò viribus prȩditum, & in tanta ȩſtimatione omni ȩvo à præclaris quibuſcumque viris habitum, ut in eiuſdem compoſitione accurati plurimùm, & diligentes eſſe, debeant Pharmacopei, ijſdemque omnibus viribus eſt enitendum, ut eiuſdem compoſitio perfecta, & omnibus numeris abſoluta habeatur, quod ſanè conſequi, illis facilè erit, ſi probè noverint, quæ ſimplicia medicamenta, prò eadem componenda, ſint eligenda; undè, ut ſelectiora, & perfectiora habeantur, petenda ſint, quibus notis, & ſignaturis ſingula debeant, eſſe prædita: prȩtereà quomodò ſingula, qua arte ſcilicèt, ſint præparanda,

quo

quo ordine, & mixtionis modo unienda, atque miſcenda, quæ omnia, ut aſſequantur Pharmacopei, grave illud præſtantis cuiuſdam viri monitum præ occulis habeant, à nemine unquàm Theriacę ſuſcipiendam eſſe compoſitionem, niſi iteratis illius præparationibus, ab artis peritis ſuſceptis, adfuerit, & medicamentorum omnium, quæ illius compoſitionem ingrediuntur, accuratam habuerit cognitionem; illud præthereà opportunum ducimus, quod quilibet Pharmacopeus, qui hic Ferrariæ Theriacam præparare, vellit, eiuſdem diſpenſationem priùs per plures dies omnium ſub occulis, & publico examini exponat, ut laudabilis mos eſt Venetijs, Medicis intereà, Pharmacopeis, alijſque doctis viris, ad omnium ingredientium cenſuram convocatis, tandèm Domini Prioris Almi Colleggij, & decem numerariorum ſaltèm, obtineat approbationem, in ſcriptis faciendam.

Tanti olim ęſtimabatur Theriaca, ut non niſi medicis cæſareis fas eſset, illam præparare, quoniàm reges, & principes ſolummodò, ſimplicia, ad eius confectionem requiſita, magnis ſumptibus comparare, poſse, videbantur: ſi Galeno fides habeatur, Andromacus, fama illuſtris inter Neronis medicos, primus Theriacam compoſuit, quam deindè ipſe Galenus auctiorem, & perfectiorem nobis tradidit, procedente tempore tamèn variè à varijs, præparari cępit, & mirùm ſanè, quàm variæ circà eiuſdem compoſitionem ortæ ſint controverſię, quot' diſſidia, quot' rixæ. In maximo prętio habetur hodiè Theriaca, quæ Venetijs præparatur, & Romę in Colleggio Romano; ità pariter ea, quę Lutetiæ Pariſiorum, & apud Auguſtanos prępara tur, plurimi æſtimatur ultrà montes.

Eximium tamèn hoc medicamentum ſuos, & ipſum, patitur manes; etenim à nonnullis eiuſdem compoſitio reprehenditur, ab alijs eximiæ eiuſdem dotes in dubium revocantur, alij inquiunt, quod ritè præparari, nequit, quia cum multa deſint ſimplicia, ad eius compoſitionem requiſita, ſuccedaneis uti, opus eſt: improbant alij, inter quos Zuvelferus, immenſam illam, & ùt ipſe ait, incongruam tot ingredientium farraginem, eidem enim rationi minùs conforme videtur, quod ex confuſa, & indiſtincta tantarum rerum mixtione, quarum aliæ apertè ſibi invicem repugnant, tàm nobile,

bile, & efficax medicamentum, quale Theriaca æſtimarur, exſurgeræ poſſit: ait prætereà, quod alexipharmaca, ſeù ſpecies virtute aliqua bezoartica præditæ, vel in minima doſi, prolixam hanc compoſitionem ingrediuntur, illarumque inſuper vis, & efficacia tot alijs ingredientibus obruitur, obtunditur, anichilatur, partìm illorum qualitatibus, partìm illorum copia. Noſtri Pharmacopei, ſi illam componere velint, ſequantur deſcriptionem, quæ traditur à Sgobio, quę ut omniùm ſub occulis eſſe poſſit, traditur Tab. 2. num. XI.

Theriacam Diateſſaron. Non incongruum exiſtimo, quod Pharmacopei præparent Theriacam Diateſſaron, nàm licèt prò iumentis communiter adhibeatur, adhùc tamèn hominibus ſalutaris exiſtit, & multę efficaciæ eſt in plurimis morbis, quin' in curatione, & præcautione peſtis multam habere efficaciam, dicunt, eiuſdem deſcriptio habetur Tab. 2. num. XIII.

Mithridatum. Ità pariter Mithridatica antidotus in exiſtimatione ſemper apud omnes gentes, atque nationes fuit, hęc nomen accepit, & famam à Mithridate Ponti, & Bitiniæ Rege, licèt eiuſdem aucthor fuerit Damocrates; efficax valdè & ipſa eſt ad lethales, & vevenatos morſus: prætereà plurimis alijs ſuccurrit morbis, eiuſque frequentior admodùm eſt uſus in diverſorum morborum curatione, quam Theriacæ.

Et in Mithridatio pariter improbatur tanta illa ingredientium farrago, quorum plura prorsùs inutilia videntur, plurimi tamèn æſtimandum hoc medicamentum: ideò attenti in eiuſdem præparatione eſſe, debent Pharmacopei, & priùſquàm Mithridatium componant, diſpenſationem publicè exponant, ut pariter Venetijs ſit, omniumque Medicorum, Pharmacopeorum, aliorumque doctorum hominum cenſuræ ſubmittant, & Prothomedici, ac numerariorum Almi Collegij approbationem priùs habeant, quàm opus aggrediantur. In Mithridatij compoſitione non multum diſcordes ſunt aucthores, ſequantur tamen noſtri Pharmacopei deſcriptionem, quæ habetur apud Sgobium, & à nobis traditur Tab. 2. num. XII.

Philonium Romanum Philonium Romanum nomen habuit ab aucthore, Philone ſcilicet, doctiſſimo philoſopho, ac medico Tarſenſi, dicitur romanum, utpote' à medicis romanis reformatum. Eius habentur variæ deſcriptiones à Meſue', à Nicolao Prępoſito, & à Galeno, Sequantur deſcriptionem Meſues noſtri Pharmacopei,

pei, quæ traditur Tab. 2. num. XII., nequè in eiusdem compositione admittant euforbium, cum sit infensissimum medicamentum, & toto nervoso generi valde' inimicum, quin' maximos excitat in universo corpore tumultus, si unius, vel alterius grani pondere sumatur, nulloque modo medicamentis, quæ per os assumuntur immiscendum, & præsertìm si sedativa esse, debeant, utì Philonium; ità pariter Philonium Persicum preparari, debet iuxtà receptam, quæ traditur Tab. 2. num. X. *Philonium Persicum.*

Variæ proponuntur Trypheræ in antidotarijs, Tryphera scilicet magna, quæ est Nicolai, minor, quæ est Phenonis, tertia, quæ saracenica dicitur. Trypheram magnam præparent Pharmacopei, eius habetur descriptio Tab. 2. num. VII. Hoc Trypheræ nomen, secundum nonnullos, importat delicatum, & delitijs plenum, sed non video, quomodò Tryphera magna medicamentum delicatum, & delitijs plenum dici, possit, cum potiùs ingratum, & insuave sit. Augustani dicunt hoc medicamentum sic dici, quia totius corporis colorem, ac oris odorem comendat, & comendabilem quandam formæ, & speciei ostentationem præsefert. *Tryphera magna.*

Præter superiùs enumeratas Trypheras, alia est, quæ dicitur Tryphera Persica, si Zuvelferum attendamus, vix meretur, quod publicis dispensatorijs inseratur, & æquidem plura in ea ocurrunt reprehensione digna, & quæ nequeunt approbari, undè possunt, ab eadem præparanda, desistere Pharmacopei nostri.

Laudanum, quasi laudatum, seù laudandum medicamentum, sic dicitur ob plurimas laudes, quibus ab omnibus effertur, ob multam scilicèt efficaciam in gravioribus morbis, & potissimùm ob admirabiles, quos præstat effectus in sedandis, quin' immò tollendis, gravissimis, & acutissimis totius corporis doloribus, sine Laudano, nihil laude dignum fieri in gravissimis morbis, dicebat vir doctus: laudani opiati plures habentur descriptiones, magis in usu esse videtur laudanum Nepentes Quercetani, apud quem duæ laudani descriptiones habentur, laudanum scilicèt nepentes minùs, & laudanum nepentes maiùs. Circà laudani compositionem multa reprehenduntur à quibusdam doctis viris, & præsertìm plura ingredientia videntur inutiliter posita, quandò tota medicamenti effica- *Laudanum nepentes minùs Quercetani.*

efficacia dependet ab Opio, improbant prætereà alij admixtionem ſucci Hyoſciami cum opio.

Diximus plurimas haberi apud aucthores laudani deſcriptiones, quas omnes referre, vel examinare nimis operoſum eſſet: legant Pharmacopei Sgobbium, ubi de laudanis ſermonem habet, ibique plura ijſdem occurrent, notatù digna: prçparent tamèn noſtri Pharmacopei laudanum nepentes minùs Quercçtani, proùt correctum exhibetur Tab. 2. num. VIII.

CLASSIS TERTIA.

DE PILVLIS.

Pilulæ de Cynogloſſa

IN hac claſſe recenſentur Pilulæ, de quibus ſatis abundè ſuperiùs dictum eſt: illud ſolummodò circà pilulas Cynogloſsę eſt notandum, quod à compoſitione huiuſmodi pilularum malè nonnulli excludunt ſemina hyoſciamy albi, & opium, cum ſint huiuſmodi ingredentia, ſemina ſcilicèt, & opium, de eſſentia compoſitionis, immò in his conſiſtit efficacia medicamenti. Circà pilulas Helvetij ad ſputum ſanguinis ſatis abundè dictum, illas præparandi modus exhibetur Tab. 2. num. VIII. ubi etiam habentur receptæ aliarum pilularum, de quibus jàm ſermonem habuimus, deſcribuntur igitur num. XII., & IX. Pilulæ ad gonnorrheam D. Charaz, & aliæ pariter ad gonnorrheam Donzelli. Proponuntur pariter pilulæ hyſtericæ D. d'Aquin num. VI. & Meſentericæ eiuſdem D. d'Aquin num. VII., & quoniam apud nonnullos medicos in frequenti uſu ſunt pilulę Mercuriales prò curanda gonnorhea, ideò illarum recepta traditur ibi num x. In præparatione huiuſmodi pilularunm, ſint ſibi optimè conſcij Pharmacopei, de rçcta, & rçcenti mercurij præparatione.

CLASSIS QVARTA

DE TROCHISCIS.

REcenſenrur in hac quarta Claſſe Trochiſci, de quibus diximus, quod ex ipſis plures hodiè prorsùs ſunt obſoleti, & quod pauci admodùm in uſu ſunt, inter quos connumerandi

randi

randi sunt Trochisci de Carabe, & Trochisci de Myrrha: primi describuntur num. VI. quemadmodùm num. I. secundj, & n. I. Clafs. 4. Tab. I. Trochisci de Terra sigillata, & n. VIII. Claff. IV. Tab. 2. Trochisci, seù pastilli hispanici, ubi pariter habentur descripti Trochisci de gallia moscata num. III., & de alipta moscata n. V., & n. VIII. eiusdem Classis proponuntur Trochisci de Calce viva ad dolorem dentium.

In hac trochiscorum classe colliria sicca sunt reponenda, quæ ab Arabibus *Sieff* appellantur, quod arabicum nomen retinent etiam hodiè, adhùc enim sub tali nomine ordinantur à Medicis, & à Pharmacopeis dispensantur, *Sieff* igitur, quæ & colliria sicca dicuntur, sunt medicamenta ex varijs simplicibus, quæ omnia occulorum inflammationibus, & visus imbecillitati succurrere, posse, arbitrantur, composita, quæ quidèm priùs in subtilissimum pulverem reducunrur, ac indè posteà cum aqua pluvia, vel alio convenienti liquore, ex ipso pulvere pastilli efformantur, qui ad usum servantur; quoniam tamen, ubi in usum duci, debeant, debent denuò in pulverem reduci, & aliquo convenienti liquore dissolui, & linteo involuvi, ut sic occulis commodè applicari, possint; ideò Zuvelfferus superfluum putat, quod pastilli efformentur, quandò, ut in usum ducantur, pastilli denuò in pulverem reduci, debent, antiquàm consuetudinem sequantur Pharmacopei.

Varię habentur in antidotarijs, & pharmacopeis huiusmodi medicamentorum formulæ, & potissimùm in usu sunt *Sieff* album sine opio, & *Sieff* album cum opio; utrumque pręparatum habeant Pharmacopei, & pręparent iuxtà formulam, quæ traditur Tab. 2. Clafs. IV. num. IX. X. ubi pariter num. XI. describitur *Sieff* citrinum Mesue.

Præstantissimus Vir, & ob plurimam, iu praxi medica exercenda, fęlicitatem pręclarissiums, Dominus Ioannes Dominicus Benettus, unus ex decem huiusce nostri Almi Colegij numerarijs, mihi communicavit medicamentum, quò pafsìm ille utitur, in curanda febre hectica, & cum maxima ægrotantium utilitate: opportunum itàque duxi, illud evulgare, & omnium sub occulis ponere, ùt eodem hecticis commodè auxiliari, possint iuniores practici, eiusdem igitur receptam in Trochiscorum Clafse reposui; pastilli enim, qui ex hoc medicamento efformantur, cum trochiscis optimè conveniunt, habentur

igitur recepta Tabula ſecunda, Claſſe quarta, numero XIII.

CLASSIS QVINTA.

De Speciebus, Pulveribus, & Trageis.

RE cenſentur in hac quinta Claſſe Species, Pulveres, Trageę: cum autem in compoſitione diverſarum ſpecierum, etiam magis uſualium, non conveniant Pharmacopei, nequè ſint uniformes in illarum pręparatione, ideò quarundam ſpecierum deſcriptiones, ad quarum noomam pręparari ab omnibus impoſterùm, debent, tradentur Tab. 2. Claſſ. v. & I. num. I. tradetur deſcriptio Specierum Diamargariton frigidarum, in quarum compoſitione præcipuè non conveniunt Pharmacopei; ommittitur enim ab Auguſtanis Zingiber, cum videatur ipſis immutare intentionem medicamenti, ommittitur etiam moſcus, & ambra griſa, & aurum foliatum, quæ omnia pariter ommittuntur ab aucthoribus antidotarij bononienſis. Particularem huiuſmodi ſpecierum compoſitionem tradit Sgobbius, illamque magiſtralem appellat: ſequantur noſtri Pharmacopei illam, quæ traditur Tab. 2. num. I. ibi quoque Tab. 2. num. IV. traditur deſcriptio ſpecierum cordialium temperatarum, quam ſequi, debent Pparmacopei, ubi notandum, quod ſi cum ſiyruppo de Tunica reducantur huiuſmodi ſpecies ad formam electuarii, in uſum duci, poterit prò pauperibus, loco confectionis hyacinthinę, ibi pariter traditur recepta ſpecierum cordialium prò epithemate, quarum quidèm varię habentur deſcriptiones in antidotarijs, & pharmacopeis, ſed non omnes approbandę videntur, nàm in ipſis plurima ingredientia inutiliter poſitavidentur, aliæ admittunt in ſua compoſitione lapides prętioſos, & margaritas, aliæ ſericum tinctura Kermes infectum, aliæ alia, quæ videntur parùm opportuna prò remedio externo, recepta, quam ſequi, debent noſtri Pharmacopei habetur num. x. Succedunt Species Haly, quæ ab aucthore nomen habent, illarum deſcriptio habetur ibi Tab. 2. num. 2.

Species Diamargaritonis frigidæ.

Species cordiales temperatę.

Specie cordiales prò Epithemate.

Species Halij.

Pulveris Gutettæ, uti vidimus, diverſæ habentur deſcriptiones; ſequantur Pharmacopei illam, quæ traditur Tab. 2. num.

num. IV., ibi pariter traduntur num. VII. descriptiones specierum Elescoph, num. V. specierum Diathragacanti frigidarum, & num. VI. specierum lętificantium Rhasis, illæ enim Galeni in nullo ferè usu sunt. Augustani, & ipsi magis laudant species lætificantes Rhasis.

Licèt carnis regeneratio in vulneribus, & ulceribus, quin' illorum agglutinatio solius naturæ sit opus, iuvari tamèn debet natura medicamentis, per quę removeantur ea, quæ carnis regenerationi impedimento esse, possunt, hinc est, quod apud Chirurgos in usu sunt pulveres sarcotici, præparatum habeant igitur Pharmacopei pulverem Sarcoticum, qui describitur Tab. 2. num. XII.

CLASSIS SEXTA.

De Extractis, Magisterijs, & Tincturis.

NOtantur in hac sexta Classe Extracta, Magisteria, Tincturæ, undè Tab. 2. num. I. docetur modus præparandi tincturam Corallorum, seù indicatur Pharmacopeis, quam pręparationem sequi, debeant; ità pariter num. 2. docetur modus præparandi tincturam de Charabe, & num. V. docetur modus pręparandi tincturam Martis tartarizatam, & tincturam Martis extractam succo pomorum dulcium num. III. Docetur prætereà num. VIII. quomodò debeat, præparari extractum Martis prò compositione Pilularum Gellij.

Placuit etiam his addere tincturam solutivam, à Doctissimo Lanzono mihi communicatam, eius descriptio, mihi ab eodem doctissimoViro tradita, habetur Tab. 2. Classe VI. num. VI.

CLASSIS SEPTIMA.

De Salibus, Spiritibus, & Elixiris.

COntinentur Sales, Spiritus, & Elixires in hac septima Classe. De salibus, & spititibus satis abundè actum fuit, & præsertìm traditæ fuerunt necessariæ animadversiones circà

eorumdem prçparationes, sed huiusmodi medicamenta petuntur præcipuè è Chimicorum laboratorijs, ideò particulares spirituum, & salium præparationes, quomodò scilicèt procedendũ sit in illorum præparatione, quærantur à Chimicis. Circà Elixires Tab. 2. Class. VII. num. 1. traditur modus præparandi Elixir proprietatis Paracelsi, in cuius præparatione non conveniunt Pharmacopei, & num. 2. habetur modus præparandi elixir vitæ. Quod si ipsis placeat, præparare aliquod Elixir pestilentiale, præparent illud Crollij, cuius descriptionem videant apud aucthorem.

CLASSIS OCTAVA

De Aquis officinalibus.

COntinentur in hac octava Classe omnes aquæ officinales, & simplices, & compositę, & potissimùm quę spirituosę, & aromaticæ sunt. Circà huiusmodi aquarum compositionem, cum maximi momenti illę sint, & in difficilimis morbis usum habeant, refert plurimùm, quòd conveniant, sintque uniformes in illis præparandis Pharmacopei; undè quia volumus in huiusmodi aquarum compositione omnimodam uniformitatem, ideò Tab. 2., Classe octava plurium harum aquarum compositiones, & descriptiones traduntur, & illas præparandi modus docetur: has igitur omnes Ferrarienses Pharmacopei præparent, proùt Tab. 2. Classe octava indicatur.

Vidimus, quod huiusmodi aquę alię sunt prò usu interno, & in gravissimis morbis locum habent, & alię solummodò habent usum externum; inter aquas compositas, quę sunt prò usu interno, occurrunt primò aquę antiepilepticę, quarum variæ habentur descriptiones in antidotarijs, & pharmacopeis à diversis aucthoribus quæsitę, & desumptæ; etenim habetur aqua antiepileptica Langij, altera Schroderi, altera Adriani à Mynsicht, altera Zuuelferi, altera ab Offmano traditur, apud nos in prętio, & usu est aqua antiepileptica Lungij: hanc igitur prępareut nostri pharmacopei, cum illa Schorderi non approbetur, quia admittit in sua compositione cerebrum humanum, à quo per distillationem nisi pars phlegmatica elevari, potest; præterea timendum est, ne in longa digestione, quam

Aqua antiepileptica Langij.

quam requirit auchor, putrescat cerebrum, & aqua ingratissium contrahat odorem, in altera illa Adriani à Mynsicht improbanda videtur tanta illa ingredientium copia; descriptio aquæ antiepilepticę Langij habetur Tab. 2. Clafse octava n. 1. Inter aquas antiepilepticas connumerantur aquæ hyrundinum, quarum pariter variæ habentur descriptiones, sequantur pharmacopei illam, quę traditur Tab. 2. num. IX. *Aqua Hirundinum*

Plures aquæ hystericę pariter habentur descriptæ in antidotarijs; magis tamèn approbanda videtur illa Quercetani, & est apud nos potissimùm in usu; illam igitur componant Pharmacopei, & sequantur descriptionem, quę traditur Tabula 2. Classe octava num. XI. *Aqua hysterica.*

Aquarum cordialium plures habentur descriptiones, cęteris pręferenda aqua cordialis Saxonię: illam præparent Pharmacopei, proùt describitur ibi tab. 2. n. III.

Præstantissimum usum in plurimis morbis habent aquę, quę ex cordibus animalium cervi præcipuè, & vituli, cum aromaticis quibusdam alijs ingredientibus distillantur, licèt illas irrideant, & floci faciant nonnulli, inter quos Męber; tamèn approbatas illas vidimus à Raymundo Io: Forti celeberrimo professore patavino, ab Offmano, alijsque præstantissimis viris. Aquam igitur cordis vituli, si præparare velint nostri Pharmacopei, illam præparent iuxtà descriptionem, quæ traditur Tab. 2. Classe octava num. IV., illudque præsertìm animadvertant, quod corda debent, esse recenter extracta, seù evulsa è pectore, si non viventis, calentis saltem animalis; quod cum difficilè sit consequi de cordibus cervi, potiùs corda vitulorum sunt eligenda; non sunt igitur aqua sępiùs abluenda, nequè à sanguine exactè adeò expurganda, sed procurandum, quod illorum carnes sint, quantum possibile erit, suo vitali nectare, & spiritu saturatæ. *Videantur meę observationes ad Anchoram Sauciatorum D.Męber.*

Pręparatam habeant Pharmacopei aquam totius Citri, sed illud potissimùm ipsis cordi sit, quod fragrantiam Citri redoleat, super hanc consulant auchores; ità pariter aquam Cinnamomi præparent, pròut describitur ibi Tab. 2. num. V. *Aqua totius Citri* *Aqua Cinamomi.*

Aquæ Theriacalis diversissimę habentur descriptiones, quarum plurimæ referuntur ab Offmano in notis ad Pharmacopeam Schroderianam, plurimæ à Sgobio, quarum compositiones, vel reprehenduntur ab ipso, vel confutantur; apud nos, *Aqua Theriacalis.*

in usu

in usu est aqua theriacalis frigida Quercetani, cuius descriptio habetur Tab. 2. num. xvi. Romæ Illustres Moniales nobilissimi Monasterij, quod *Torre di Specchio* nuncupatur, aquam Theriacalem perfectissimam præparant, plurimę efficaciæ quidèm, sed quę nullo modo insuavis est, nichilque gustui ingrata, quemadmodùm esse solent, quę in nonnullis pharmacopolijs præparantur, quin' immò illa odore, & sapore plurimam exhibet iucunditatem, & fortasse coincidit eiusdem præparatio cum præparatione, quæ traditur Tab. 2. num.

Aquæ theriacali affinis est aqua Sordei composita, eius descriptio habetur Tab. 2. Classe octava num. xv.

Licèt plurimę efficacię sint, & apud medicos plurimum in usu potiones vulnerarię, & præsertìm illę, quę traduntur à Villisio, ubi de hemophtisi, adhuc temèn placet in gratiam nonnullorum tradere descriptionem aquę destillatæ antiphtisicæ, quæ habetur Tab. 2. num. vii.

Inter aquas, quæ sunt prò usu externo, occurrunt aquę Ophtalmicæ, quorum variæ sunt descriptiones, & præcipuè apud Adrianum à Mynsicht, & D. Lemmeri: Nostri Pharmacopei præparatam habeant aquam Ophtalmicam, cuius descriptio traditur Tab. 2. num. xii., si tamèn alię ordinentur ab aliquo medico, illas tunc dispensent solummodò, quandò ordinantur ab illo medico, à quo eiusdem descriptio tradita fuit, cui cum notę sint vires eiusdem, & facultates, nota sint ingredientia, per consequens erunt etiam notæ cautiones, quæ in illarum usu haberi, debent; habetur etiam num. xi. aqua Ophtalmica de Cancris. Aquę antinephriticæ descriptio habetur Tab. 2. num. x., & num. viii. Aqua ad calculum ab Illustrissimo D. Marchione Onuphrio Bevilaqua communicata, describitur.

Celebris olìm fuit aqua stiptica Londinensium, prò sistendo immediatè sanguine, à quocumque vulnere profluente. Eius descriptio traditur Tab. 2. num. xiv., ubi pariter num. xix. altera describitur D. Lafaeur.

Plurimùm laudatur Aqua stiptica D. Lemmeri, ideò eiusdem etiam descriptionem tradere, opportunum duximus, & habetur num. xviii. Cum mihi familiaris sit aqua summæ efficaciæ prò tollendo nimio faciei rubore, quin' & faciei pustulis sanandis, alijsque cutis efflorescentijs in facie, sit optima,

ma, ideò descriptionem eiusdem tradere placuit Tab. 2. nu. XIII., habetur descripta ab Andrea Mathiolo lib. primo cap. 72., ubi de Camphora, inter aquas, quę usui externo destinantur plurimùm usuales sunt aqua aluminosa Fallopij, aqua viridis Senerti, primę descriptio habetur Tab. 2. num. XVI., altetius verò descriptio habetur num. XVII. eiusdem Classis Tab. 2.

CLASSIS NONA

De Oleis, & Balsamis.

NOtantur in hac nona Classe Olea, tùm simplicia, tùm composita, vel impressa, vel destillata, de quibus omnibus satis abundè dictum: inter olea infusa, seù impressa plurimùm æstimatur oleum Scorpionum Matthioli, eius itaque descriptio traditur Tab. 2., Classe nona num. 1. proponitur etiam oleum antinephriticum num. 2., modus autèm præparandi oleum de Castoreo compositum, reformatum, docetur Tabulla prima Classe nona num. 1. mihi familiare est linimentum prò defluvio capillorum, ab Alexandro Massaria desumptum, eius præparandi modus traditur Tab. 2- num. VI., ibi pariter indicatur modus præparàndi oleum Abacuch nu. III., aliaque plurima, uti oleum, quod vulgo dicitur della Spagnola num. VIII. vulnerarium perfectissimum.

Oleis adiunximus balsama, quæ, uti diximus, plurimùm conveniunt, multamque affinitatem habent cum oleis infusis compositis, alia etiam cum oleis destillatis. Tab. 2. igitur Class. 9. plurium balsamorum præparatiò docetur, quomodò scilicèt sit in eorum præparatione procedendum: mentionem fecimus iàm suprà, & indicavimus sub quo numero in Nona Classe posita sint, quibus addi debet balsamum Apopleticùm, cuius descriptio traditur eadem Tab. 2. num. XIX., quemadmodùm etiam nu. XI. proponitur recepta olei Caparotum, quod Magistrale dicitur, & num. XII. Oleum Histricis, vulgò di Riccio, ò Porcospino, utilissimum ad Herniam remedium: proponitur præterea num. VII. Oleum de lateribus, sivè Philosophorum, & num. XIII. oleum de Carabe destilatum.

CLASSIS DECIMA

De Unguentis, Ceratis, & Emplastris.

NOtantur in hac decima Classe Unguenta, Emplastra, & Cerata, & primò num. 1. proponitur Ceratum barbarum, num. 2. Ceratum prò Crepatis, num. 3. Ceratum de pelle arietina, & num. 4. Ceratum de pelle anguillæ: hisce opportunum duximus addere descriptionem cerati ad hernias Paracelsi, quæ habetur nu. v. de quibus omnibus abundè satis suo loco actum fuit. Habuimus etiam considerationem cerati de Ranis cum Mercurio, & cerati stiptici Crollij, illud nu. ix. alterum verò num. viii. notatur. Promisimus etiam descriptionem emplastri de Crusta panis, & de Cassia cum nido hyrundinum, illa habetur Tab. prima num. 3. cui subsequitur Tab. 2. Class. x. n. 35. descriptio emplastri de Cassia cum nido hyrundinum additum etiam fuit n. 30. emplastrum de palmulis Galeni, cuius nullibi in antidotarijs, & pharmacopeis mentionem factam vidimus.

Tandem num. 36. describitur Unguentum ad hemoroides Doctissimi Lanzoni.

CLASSIS UNDECIMA

DE CONSERVIS.

NOtantur in hac Undecima Classe Conservæ, & his affinia plura medicamenta, Rhob scilicèt, Looch, Gelatinæ, Rotulæ, Tabellæ, Morselli.

Vidimus diversimodè preparari conservam Rosarum; ut autèm sint uniformes in eadem preparanda nostri Pharmacopei, eiusdem preparandæ modus traditur Tab. 2. num. 1. ubi pariter traditur num. 3. modus præparandi conservam Capillorum Veneris, & num. 2. modus exponitur præparandi conservam compositam hederæ terrestris. Et quoniàm plurimę efficaciæ in dysuria, & affectibus stranguriosis est conserva cynosbati;

ideò

ideò eiusdem pręparandę modus traditur ibi num. IV.

Ut etiam sint uniformes Pharmacopei in præparandis looch, ideò nonnullę illorum descriptiones traduntur Tab. 2. Clas. XI. quoniàm tamèn looch sanum, & expertum reformare, necessarium duximus; ideò reformatus exhibetur Tab. prima num. I. modus, præparandi looch de pulmone vulpis, traditur Tab. 2. num. XIII.

Et cum electuarium pectorale accedat proximè ad naturam, & conditionem looch, & ecclegmatum, ideò in hac Classe eiusdem descriptionem reposuimus, & multò magìs, quia varię admodùm, atque diversę apud Pharmacopeos sunt illius pręparationes; illud pręparent igitur Pharmacopei, proùt docetur Tab. 2. num. XIV.

Cum autèm etiam in rotulis, præsertim usualibus, uniformitas sit necessaria, ideò in eadem Tab. 2. in eadem Classe traditur modus, pręparandi rotulas nonnullas magis usuales, & præcipuè num. V. traditur modus præparandi rotulas ex China Chinæ, num. 6. proponitur modus præparandi rotulas pectorales, nu. 7. proponuntur Manus Cristi simplices, & nu. 8. Manus Cristi perlati. Tandèm traduntur descriptiones quarundam rotularum, quæ ad curandos aliquos particulares morbos in usum duci, solent à medicis; ità num. IX. exhibentur rotulæ ad gonorrheam non virulentam, & num. X. rotulæ ad gonoream virulentam, num. XI. Morselli antiphtisici.

DUODECIMA, ET ULTIMA CLASSIS.

De Medicamentis Chimicis.

RECensentur, & notantur in hoc duodecima, & ultima Classe plura medicamenta è Chimicorum laboratorijs quæsita, & sunt diversæ metallorum, & mineralium præparationes Chimicæ, salia scilicèt, tincturæ, extracta, m gisteria, de quibus iàm actum fuit, inter plura medicamenta è ferro desumpta, laudavimus magisterium martis Mynsicht, eius præparandi modus exhibetur in hac Classe num. I. ubi

pariter num. 2. exhibetur modus præparandi, nulla interveninente Chimica operatione, tincturam Martis, mihi familiarem, quam plurimæ efficaciȩ semper expertus sum in Virginum morbis, & prȩsertìm in anasarca, ubi fuerit subsequta ad mensium suppressionem, & in febre alba.

Hæc sunt, quæ adnotare, & animadvertere, necessarium duxi, ut tollatur imposterùm diversitas, & discrepantia, quæ est inter Pharmacopeos, circà plurium medicamentorum compositionem. Si enìm nostras huiusmodi animadversiones, & admonitiones attendant imposterùm Pharmacopei, maximo cum artis decore, & ægrorum commodo, ac emolumento, erunt in componendis medicamentis concordes, & uniformes, quod à nobis potissimùm desideratur; ad alterum igitur inconveniens, quod pariter in visitatione, à nobis habita, observatum fuit, est deveniendum, & ipsum enim plurimi momenti est; undè eidem occurrere, necessarium mihi videtur.

Observatum itàque fuit, quod non conveniunt Pharmacopei circà pondera, & mensuras, quibus in medicamentorum compositione, & dispensatione utuntur; nàm apud alios majùs momentum gravitatis habet idem pondus, ac habeat apud alios; ità pariter eadem mensura maioris capacitatis est apud nonnullos Pharmacopeos, minoris apud alios, ex quo sequitur, quod aucta, vel diminuta tùm simplicium medicamentorum, tùm etiam compositorum dosi, eadem vel non exerant sufficienter suas vires, ac facultates, vel nimiùm exerant. Necesse igitur est, quod etiam in hac re sint concordes, & uniformes Pharmacopei, & quod conveniant circà pondera, & mensuras.

Ut igitur uniformes imposterùm, & concordes etiam in hac re esse, possint, animadvertant (de ponderibus primò erit sermo) quod in Pharmacopolijs minimum pondus granum esse, videtur, quod apud gemmarios dividitur in minutula: minutulum aurem est trigesima sexta pars grani, cum granum triginta sex minutulis pendeat. Minimum igitur officinarum pondus granum dicitur, quia suo pondere correspondet grano tritici, vel ordei, secundum alios grano piperis albi: ex granis componitur scrupulus, & hic oritur discrepantia inter Pharmacopeos, nàm alij componunt scrupulum ex xxiv. granis, alij ex xx. tantùm; undè Drachma, quæ ex tribus scrupulis

pulis constat, apud nonnullos pendet grana Lxxii., apud alios grana Lx., & uncia, quę pendet drachmas viii., apud illos pendet grana xcvi plùs, quàm pendeat apud istos. Hinc est posteà, quod variato pondere medicamentorum, variatur eorundem vis, & efficacia, & potissimùm in illis medicamentis, quorum dosis ad scrupulos, & drachmas esse, solet, cuiusmodi sunt multę opiatę, & confectiones bezoarticæ; etenim in istis leve etiam discrimen maximi momenti est. Habeant igitur imposterùm Pharmacopei grana ex auricalco facta, bracteolas scilicèt, quæ æquent pondus grani tritici, vel piperis albi; habeant ulteriùs dimidium grani, & quartam partem unius grani, bracteolas scilicèt, quæ pendeant vel dimidiam, vel quartam partem unius grani: habeant pręterea scrupulum, quod pendeat grana xxiv., semiscrupulum, quod pendeat grana xii., habeant drachmam, quę pendeat scrupulos iii., grana nempè Lxxii, habeant semidrachmam, quæ pendeat scrupulum unum, & semis, grana videlicèt xxxvi, habeant unciam, quæ pendeat drachmas viii., semunciam, quę pendeat drachas iv. quartarium, quod pendeat drachmas duas, habeant tandèm libram, quæ sit unciarum duodecim; hæc enim est libra medicinalis, quæ pariter apus nos hic Ferrarię, est libra civilis, & est etiam libra civilis Romana, habeant semilibram, quæ sit unciarum sex, quartarium, seù quadrantem, quod sit unciarum iii., & sextarium, seù sextantem, quod sit unciarum duarum, trientem, quid pendeat uncias iv.

Quod autèm spectat ad mensuras, illæ sunt vel liquidorum, vel aridorum: circà liquidorum mensuras notandum est, quod omnia liquida, quorum usus est in Pharmapolijs, non sunt eiusdem gravitatis, omnia scilicèt non habent eandem intrinsecam gravitatem; aqua enim maiorem gravitatem habet, quam vinum, vinum, quàm oleum, oleum, quàm spiritus; undè si eadem mensura mensuretur aqua, & oleum, cum aqua ponderosior sit oleo, minùs pondus olei habebitur quàm aquæ, licèt utriusque mensura sit eadem, melior igitur liquidorum mensura illa est, quam pondus dirigit, attamèn quoniàm nonnulli in nonnullis casibus, cum minùs operosum ipsis videatur, & magis expeditum, mensuris utuntur, ideò habeant diversas mensuras, illarum una contineat libram u-

nam aquæ, altera libram unam vini, altera libram unam olei, & unaquequę ex his mensuris utantur, pròut illis opus erit, vel aquam, vel vinum, vel oleum mensurare. Mensuras igitur diversas habeant Pharmacopei, quarum aliæ sint prò mensuranda aqua, aliæ prò mensurando vino, aliæ prò mensurando oleo, & unaquequę mensura contineat libram unam illius liquidi, cui mensurando est destinata: habeant posteà aliam mensuram, quę sit minor prò medietate primę, & contineat libram semis, habeant alias, quæ contineant vel quadrantem, uncias tres scilicèt, vel trientem, hoc est uncias quattuor, & alias mensuras, quarum una contineat unciam unam, alia uncias duas.

Animadvertant Pharmacopei, quod minima liquidorum mensura est cochlear, ligula etiam dicitur, duodecima scilicèt pars sextarij: cohlearia quattuor faciunt cyathum, semicyathum, quod & conea dicebatur, continet cochlearia duo: quattuor cyathi faciunt quartarium, quartam partem nempè sextarij: quartarij duo faciunt hæminam, duę hæminæ faciunt sextarium, sextarium, sexta pars congij scilicèt, continebat hæminas duas, unicas mensurales XXIV, si aqua, XX, si vino impleretur, quod etiam cotila dicitur; cotila autem pendebat uncias XXIV. aquæ: sex sextarij faciunt congium, quatuor congij faciunt urnam, duę urnę constituunt amphoram. Erat congius Romanus octava pars amphorę, capiebat sextarios romanos sex, ac pendebat libras romanas novem, si oleo, X, si vino, XIII, si melle impleretur.

Quod atinet ad aridorum mensuram, pariter & in his, minima mensura est cochlear, seù ligula: duæ ligulæ faciunt cyathum, ex cyathis fit acceptabvlum, acceptabulum sequitur hæmina, quę correspondet semisextario, seù cotilæ; sextarium autèm continebat frumenti uncias XXIV. amphora capiebat urnas duas, sextarios octo, & quadraginta, congios octo.

Mensuræ florum, herbarum, & quarundam radicum sunt, fasciculus, manipulus, pugillus. Fasciculus importat, seù designat id, quod brachio complicato, & ad summam hyschij partem adducto, comprehendi, potest, manipulus designat id, quod manù comprehenditur, pugillus id, quod tres digiti capere, possunt.

Quo-

Quoniam apud auctores occurrunt quandòque pondera, vel mensuræ designata nominibus, quæ non undique obvia, nequè omnibus nota sunt; ideò ex his nonnulla, placuit, adnotare, & addere sub finem Tabulæ quartæ, ubi designantur pondera, & mensuræ, quibus Pharmacopei uti, debent, & quæ potissimùm, parata in suis pharmacopolijs, debent, habere.

Cum igitur præhabitis hisce nostris animadversionibus sufficienter provisum videatur illis inconvenientibus, quæ in artem pharmaceuticam jàm á multo tempore irrepsisse, observatum fuit, & per consequens sufficienter consultum videatur eiusdem artis pharmaceuticæ dignitati, Pharmacopeorum utilitati, & decori, & quod magis est ęgrorum securitati, & indemnitati, nunc opportunum existimo, eosdem Pharmacopeos admonitos facere de nonnullis, quæ non spectant quidèm ad medicamentorum compositionem, sed ad rectam artis pharmaceuticę administrationem, & ad augendam eiusdem artis dignitatem, atque decorem, quod sanè medicis cordi esse, debet, quandò ars pharmaceutica est illa, quæ auxiliares porrigit medicinę manus, quandò eidem secretiora artis medicæ arcana, atque mysteria custodienda tradita sunt. Primò igitur artis pharmaceuticę proceres, atque Magistros admonitos facio, quod ad sacros Hygeę recessus, ad artem pharmaceuticam scilicèt ediscendam, & exercendam, admittant solummodò iuvenes, ex honestis parentibus natos, probis, honestisque moribus præditos, quos turpis non præmat ægestas, qui sint optimè latina lingua instructi, qui sint scientiæ naturalis stustiosi, & curiosi rerum naturalium scrutatores, qui sint alacres, perspiaces, & ingenio faciles, quorum indoles maximos promitat in arte pharmaceutica progressus, quod sanè sperandum est, si suo muneri, & officio attenti sint, si horas ab opere vacuas, librorum lectioni impendant; si igitur tales inveniant, seù habeant iuvenes in arte pharmaceutica instruendos, ilios ament, illos instruant, illis artis mysteria, & arcana aperiant, atque recludant, & præsertìm si appareant in ipsis pietatis, & charitatis ergà proximum inditia.

Admoneo secundò, quod non componant medicamenta solutiva, quin' & nonnulla ex non solutivis, uti medicamenta opiata, quæ scilicèt in compositione opium admittunt, nisi

facta

facta priùs illorum dispensatione, & habita vel à D. Priore, & Prothomedico, vel ab alio, ab eodem D. Priore, & Prothomedico deputato, approbatione omnium ingredientium, de qua approbatione, ùt in scriptis constare, possit; ideò habebunt Pharmacopei librum, in quo medicamentorum dispensationes sint descriptę, quas ubi approbaverint vel D. Prior, vel deputatus, ijsdem se subscribent, illasque approbatas fuisse notabunt, suo apposito nomine, notato etiam approbationis die, ut constet scilicèt, à quo tempore eadem medicamenta fuerint approbata, & per consequens composita, & in visitatione Prior, & adiuncti recognoscere, possint, an' fuerint à longo tempore, an' recenter præparata, & còmposita, ideoque an' reicienda, an' retinenda.

Admonitos tertio facio, ne venena habeant in suis pharmacopolijs, nullo modo habeant venena artefacta, & à nepharijs hominibus ìn perniciem humani generis excogitata, & inventa; ex nativis habeant ilia solummodò, quæ ijsdem necessaria sunt, prò quorundam medicamentorum compositione, sed hæc habeant ab alijs simplicibus medicamentis separata, & disiuncta, eademque in loco abscondito reposita sint, in capsulis scilicèt optimè clausis, & duplici clave munitis, ad quas non accedant ministri, nisi de illorum integritate, & fide sint optimè conscij. Quòd si quandòque eadem vel ex præscripto Medici, vel aliqua alia de causa dispensare, teneantur, cautè admodùm procedant, & animadvertant, quibus illa dispensare, debent, an sint homines noti, & tales, de quibus nulla suspicio haberi, possit, nequè quæsita venena petentibus dimittant, nisi procurata in scriptis confessione accepti veneni, quam confessionem scriptam, & signatam nomine illius, cui venenum traditum fuit, in qua etiam signari debet dies, in quo traditum fuit, debent, apud semetipsos conservare, & retinere Pharmacopei; nemini præthereà venena concedant immixta vel caseo contrito, vel farinæ, vel alicui alio pulmento, etiam si supponatur, quod in murium escam cedere, debeant; ità pariter medicamenta fætus corruptiva, & quæ abortum inducere, possunt, ab alijs separata habeant, atque reposita intrà capsulas, optimè clausas, & duplici clave munitas, ad quas nullus ex ministris accedat, nisi sit incorruptæ fidei; quod si aliquandò ijsdem exhibeatur recepta à medico

facta,

facta, recognoſcant priùs manum, & ſubſcriptionem Medici, & diſpenſato remedio retineant receptam, ne fortaſsè alia vice, cum eadem recepta dolosè, & fraudolenter eadem remedia è manibus alterius Pharmacopei extorqueant doloſi homines, & fraudolenti.

Admoneo quarto, quod in compoſitione medicamentorum, non recurrant adeò facilè ad ſuccedanea; & ſi quandòque ordinetur ab aliquo Doctore medico aliquod medicamentum, cuius compoſitio admittat unum, vel plura ſimplicia, quæ ipſi non habeant in ſuis pharmacopolijs, & quæ ſtatìm habere, non ſit adeò facile, prò lubitù alia non ſubſtituant, ſed conſulant medicum, à quo ordinatum fuit, & ab ipſo petant, quibus ſimplicibus, loco deficientium, uti debeant, ità pariter ſi ordinetur à medico aliquod medicamentum compoſitum, quod ipſi præparatum non habeant, non ſubſtituant aliud loco eiuſdem, ſed apertè dicant, ſe non habere tale medicamentum, & conſulant medicum de alio medicamento illius loco ſubſtituendo; etenim cum ipſis non conſtet, quęnam fuerit medici intentio in ordinatione talis medicamenti, non conſtet de eſſentia, natura, & cauſis illius morbi, prò cuins curatione medicamentum à medico fuit ordinatum, ideò non debent aliud medicamentum proprio arbitrio ſubſtituere; ità ſanè nequè unum medicamentum prò alio diſpenſare, debent, nequè uno medicamento ſimplici aliud ſubſtituere.

Ultimò tandem Pharmacopeos admonitos facio, quod habeant ſua medicamenta, tùm ſimplicia, tùm compoſita tali ordine in ſuis vaſis, & intrà ſuas pixides repoſita, ut nulla exindè confuſio oriri, poſſit, nequè unnm prò alio à miniſtro minùs cauto, & minùs attento aſſumi, ac diſpenſari. Nequè ſufficit, quod ſyrupi ab electuarijs, vaſa ſcilicèt, ſeù pixides, in quibus ſunt repoſita, ſint ſeperata, & quod omnia electuaria ſint ſeriatìm diſpoſita in eadem Scapha, ibidemque unita, quemadmodùm etiam pilulæ, ſyrupi, extracta, ſales, & alia huiuſmodi, ſed prætereà obſervari, debet, ne ſyruppi ſolutivì ſint intermixti, & confuſi cum non ſolutivis; ità pariter & electuaria, ſed omnes ſyruppi ſolutivi ſint ſimul uniti, & electuaria ſolutiva omnia ſint ſimul unita, atque à non ſolutivis ſeparata, quod de opiatis etiam obſervandum, nè ſint cum alijs medicamentis confuſa, ſed omnia intrà diſtinctas pixides repo-

reposita sint, simul unita in eodem loco, ur facilè obvia haberi possint, ità pariter, & mercurialia medicamenta, & illa quę ex stibio composita sint, sivè emetica sint, sivè deiectoria, seorsìm separata, & divisa, intràque distinctas pixides reposita habeant, nè sit facilè unum prò alio exhibere. Prętereà in prospectu cuiùscumque pixidis, capsulæ, seù vasis, in parte anteriori scilicèt, sit inscriptum nomen illius medicamenti, cui continendo vas est destinatum, & animadvertant, ne intrà pixidem, seù capsulam reponatur medicamentum, diversum ab eo, quod notatur in ipsius pixidis, vel capsulæ prospectu.

Quod si hisce monitis auscultent Pharmacopei, si in medicamentorum compositione præmissas animadversiones prę occulis habeant, nihil dubito, quin' ipsi suo munere optimè fungantur, & maxima cum pròprij nominis laude, artis decore & proximi utilitate propriam exerceant artem. Undè per hæc meo muneri sufficienter satisfactum existimo, & publicæ ęgrotantium utilitati, & commodo provisum, ideòque hisce meis animadversionibus, & determinationibus finem impono, & solummodò Deum, Optimum, Maximum enixè præcor, ac rogo, quod meis aspiret conatibus, & faciat, quod hæc sint à Pharmacopeis æquo animo accepta, à meis Collegis, famatissimis scilicèt Almi Ferrariensis Collegij Doctoribus numerarijs, suprànumerarijs, additis, & novellis approbata, ab omnibus tandèm laudatuis viris laudata; à laudatis enìm viris laudari, vera laus est, Quod Deus faxit.

Die 9. Decembris 1721.

TABULA

TABULA PRIMA

In qua notantur omnia illa Medicamenta, quorum compositionem reformare, necessarium duximus. Eadem igitur imposterùm à Pharmacopeis præpararj, atque componi, debent, pròut hic reformata exhibentur.

CLASSIS PRIMA.

DE SYRUPIS.

IN prima Classe syruporum occurit primò Syrupus de Abscinthio simplex.

N. 1. R. *Abscinthij romani recenter, & dùm planta in suo vigore est, collecti lib. ſ. infundatur, & buliat parùm in aquæ comunis lib. ij., addita inter ebuliendum vini generosi lib. 1., ità pariter inter ebuliendum addatur parum Cinamomi, facta ebulitione, fiat colatura, deindè R. dictæ colaturæ lib. ij., & ſ., sachari albi lib. ij., & f. ſ. a. syrupus, addita in fine essentia, seù tinctura Abscinthij, dimidia uncia scilicèt tincturæ addatur unicuique libræ syrupi: tinctura extrahatur vino albo generoso.*

Oximel de Ascinthio.

N. 2. R. *Foliorum Abscinthij Pontici, recenter ex planta collecti man: ij. Foliorum Menthæ man: 1., Rosarum rubearum man. ſ. addito posteà modico Cinamomi, infundantur omnia in lib. iij. aquę communis, stent in infusione per horas XXIIII, factaque posteà levi ebulitione, fiat colactura; deindè,*

R. dictam colaturam, & cum aceti uncijs octo, & mellis purissimi lib. ij. fiat Oximel ſ. a.

Quod si placeat, loco mellis sacharum adhibere, habebitur oxisacharum de Abscinthio.

Syrupus acetosus simplex reformatus.

n. 3. R. *Sachari albi lib. 1., clarificetur cum sufficienti quan-*

quantitate aquæ communis, dùmque primò incipit, ebulire, removeantur ab igne, & per manicam hippocratis colentur, *facta colatura, reponantur in vase terreo, & coquantur ad strictam cocturam syrupi, eidemque superaffundantur Aceti purissimi, & optimè defecati unc. iiij., & facta levi ebulitione, ab igne removeantur.*

Syrupus de acetositate Citri reformatus.

N. 4. R. *Sachari albi lib. 1., purificetur, & clarificetur cum sufficienti quantitate aquæ cummunis, & post' levem ebulitionem removeatur ab igne, et coletur per manicam hippocratis, ac indè in vase terreo coquatur, ad cocturam syrupi stricti, tùnc addantur succi Citri per residentiam optimè purificati unc. iiij, & fiat denuò levissima ebulitio, huic syrupo si, completa coctura, addantur aliquot' grana ambræ grissæ, aqua florum Citri solutæ, erit syrupus elegantissimus, & summæ iucunditatis, summèque proficuus in febribus malignis, & pestilentibus, hunc syrupum Pharmacopei præparent primo modo, non erit abs re tamèm illum etiam secundò modo preparare, grassantibus potissimùm febribus malignis, & pestilentibus.*

Syrupus de Althea Fernellij.

N. 5. R. *Radic: Altheę unc. ij, Graminis, Asparagi, Liquiritiæ, Paßularum an: unc. s., Cicerum rubeorum excortic. unc. 1.*
Foliorum Altheę, Malvæ, Parietariæ, Plantaginis, Pimpinellæ, Capil. Veneris, Politrici an. man. s.
sem. quat. frigid. maior. mund., semin. quat. frigid. minor. an. drach. iij.
buliant omnia in aquæ fontis lib. viii., deindè facta ebulitione f. colatura, tandèm.
R. dictam colaturam, sachari albi lib iv. f. s. a. syrupus.
infundantur primò in aqua Cicera rubra, & buliant, donec digitis frangi, atquè excorticari facilimè possint; successivè addantur, & gradatim radices Asparagi, Graminis, Liquiritiæ, & Passulæ cultro incisæ, & ab acinis emundatæ, tandèm radices Altheę: summitates, & folia herbarum (demptis tamèn Capillo Veneris, & Politrico) indè semina maiora, & minora, tandèm, & ultimo quidèm loco, Capillus Veneris, & Politricus,

facta,

facta, & omninò completa ebulitione, exprimantur omnia, & fiat colatura, quæ ad lib. vi. circiter remanere, debet, & cum sachari fini lib. iiij. f. syrupus, priùs tamèn colentur, & albumine ovi clarificentur: graduatio huiusce syrupi habetur aliter apud D. Lemmeri, infundit primò, & ebulire facit radices Graminis, posteà Asparagi, & Althee, ac Cicera, deindè Passulas mundatas, tandèm folia, semina, & liquiritiam. sequantur Pharmacopei nostram descriptionem.

Syrupus de Cicorea cum Rhabarbaro reformatus.

n. 6. R. *Radicum Cicorei silvestris, Taraxaci, Apii, Fæniculi, Asparagi an. unc. ij, Foliorum Cicorei, Taraxaci, Endiviæ, Sonchi, Epaticæ, Fumariæ, Lupulorum an. man. s. Florum Cicorei man.* 1. *semin. Cicorei contus. unc. ij, Cuscutæ, Baccarum Alchechengi an. drach. vi.*
buliant omnia s. a., priùs scilicèt infundatur radices, posteà semina, folia deindè, tandèm flores, buliant omnia in lib. ix. aquæ communis, deindè facta ebulitione ad consumptionem tertiæ partis f. colarura, quæ cum sachari lib. iij, clarificetur, & coquatur ad consistentiam syrupi, interìm habeatnr præparata tinctura Rhabarbari, extracta cum aqna Cicorei ex duabus uncijs Rhabarbari, quæ in fine ebulitionis cum syrupo misceatur, & reducatur syrupus ad perfectam cocturam.

Syrupus de Arthemisia Donzelli.

N. 7. R. *Arthemisiæ veræ man. iij, Sabinæ man. s. Cinamomi unc. s. infundantur omnia s. a., & buliant in lib. iiij. aquæ comm., facta ebulitione ad consumptionem tertiæ partis, fiat colatura.*
R. *dictam colaturam sachari albi lib. ij, & f. s. a. syrupus. laudarem, loco Sabinæ uti Rubia Tinctorum.*

Syrupus de Epythimo reformatus.

N. 8. R. *Epythimi unc. iii, Mirabolanorum Citrinorum, indorum, Emblicorum, Bellericorum, Tamarindorum an. unc. ii, Agarici drach. vi., Salis Fumariæ drach. vi., sem. Fæniculi,*

Annisorum an. drach. ij, infundantur omnia in lib. VIII. aquæ Boraginis, vel Bulgossæ tepentis, stent in infusione in loco calido per horas xxiv, deindè, facta levi ebulitione, colentur, & exprimantur, posteà R. colaturæ lib. VI., & cum sachari lib. iiij clarificetur, & f. s. a. syrupus.
additur sal Fumariæ ad augendam intentionem syrupi, possunt loco salis, addi Fumariæ m. iii. inter ebuliendum.

Syrupus de Polipodio reformatus.

N. 9. R. *Radicum Polipodij, quæ sint recentes, & succosæ unc. ij, foliorum Buglossæ, Melissæ an. man. I. s., Cyperi, Acori, Assari, Corticum radicis Caparorum an. unc. s. Foliorum Sennæ Orientalis electæ, Epythimi an. unc. ii.*
Seminum Endiviæ, Lactucæ, Scariolæ an. unc. i. s. contusis contundendis, & incisis incidendis, buliant omnia in lib. VII. aquæ comm. donec remaneant lib. IV., posteà colentur, & colaturę addantur mellis rosati colati lib. I. deinę cum sacharj sufficienti quantitate fiat syrupus: loco mellis rosati potest etiam uti syrupo rosato solutivo, & erit elegantior.

Syrupus Capillorum Veneris reformatus.

N. 10. *R. Capillorum Veneris unc. V., Gliciricæ unc. ii. macerentur per horas xxiv. in lib. VI. aquæ comm., deindè buliant ad consumptionem medietatis, colaturę lib. ii. adde sachari unc. xv., & f. s. a. syrupus. aliqui addunt in decoctione asplenij man. I., nec improbandum.*
simpliciori adhùc modo præparari potest.
R. Decoc. Capillorum Veneris facta in aqua destillata veneri Capillorum lib. iij, sachari lib. ij. f. s. a. syrupus.

SECVNDA CLASSIS
ELECTUARIORUM.

Electuarium Benedictum laxatiuum.

N. 1. *R. Tarbit. Elect. drach. x, Corticum radicum Esulæ mino-*

minoris unc. I. *Hermodactilorum, Diagridij, an. drach.* VI., *Salis gemmę unc. ʃ. Spicæ Nardi , Gingiberis , Cariophilorum, Croci , Cardamomi minoris , Galangæ, Macis , ʃeminum Apij, Carvi , Saxifragiæ , Fæniculi an. drach.* I. *ʃ. , puelverizentur omnia , miʃceantur, & cum lib.* I. *& ʃ. mellis deʃpumati f. ʃ. a. Electuarium.*

Electuarium Diacatolicon.

N. 2. R. *Polipodij recentis, virentis ʃcilicèt adhùc, & ʃuccoʃi lib.* I., *ʃemin. anniʃi unc.* IV. *minutim incidatur Polipod:, & ʃemina anniʃi contundantur; deindè ʃimul infundantur, & buliant in aqua communi, & facta ebulitione f. colatura , deindè. R. dictæ colaturę lib.* VI., *& f. ʃ. a. ʃyrupus cum ʃacharo albo, in quo poʃteà diʃʃolvantur Florum Caʃʃiæ recenter extract., & pulpæ Tamarindorum an: unc.* VIII., *deindè accipiantur foliorum Senę ʃubtiliʃʃimè pulverizatorum unc.* VIII., *Rhabarbari electi unc.* ij, *Liquiritiæ unc.* I. *ʃeminum anniʃi unc.* ii. *ʃemin. quatt. frigidorum maiorum mundatorum an. unc.* I. *omnibuʃque ʃimul probè commixtis, fiat ʃ. a. electuarium.*

ELECTUARIUM DE PRUNIS

Simplex, & Solutivum reformatum.

N. 3. R. *Pruna Damaʃcena num.* 100. *buliant in ʃufficienti quantitate aquæ, donèc diʃʃolvantur, tunc ab igne removeantur, & quandò frigère, incipiunt, extrahantur ab aqua, & per cribrum traiciantur; in aqua autèm illa, in qua decoctę fuerunt prunæ, ponantur Violarum exungulatarum unc.* I. *ʃ. , parùm buliant, mox facta expreʃʃione , & colatura.*
R. *dictę colaturę ʃufficientem quantitatem, & adde ʃachari lib.* ij, *pulpæ Prunarum lib.* I., *& omnia coquantur ʃimul ad ʃpiʃʃitudinem, tunc diʃʃoluantur pulpę Caʃʃię recenter extractæ, & pulpæ Tamarindorum an. unc.* I. *ʃ. cum exigua portione ipʃius decocti, quę in hunc uʃum ʃervari, debet, & ʃimul omnia commixta buliant ad congruam ʃpiʃʃitudinem; deindè ipʃis miʃceantur in pulverem reddacta ʃantalorum rubeorum, & citrinorum an. unc. ʃ. Cinamomi drach.* iij, *Rhabarb. elect. unc. ʃ. , et coquantur omnia ʃimul ad formam electuarii, cuius portioni Diagridium addi,*

addi, potest, ut habeatur Diaprunis solutivum, reliqua portio, quæ servabitur sine Diagridio, erit Diaprunis simplex. dosis Diagridij est, uncia semis prò qualibet libra Electuarij.

Electuarium rosatum Mesuè reformatum.

N. 4. R. *Succi Rosarum rubearum completarum lib. iv., sachari fini lib. i. s., Mannę unc. vi. coquantur omnia ad ignem lentum, et clarum ad mellis consistentiam, deindè removeantur ab igne, et dùm refrigerantur, addantur Schamoneę antiochenæ pręparatæ unc. i. s., Trochisch. de spodio unc. i., Trochisch de Berberis drach. iv. Croci drach. ij, et f. s. a. Electuarjum.*

TERTIA CLASSIS

PILVLARUM

Pilulæ de Nitro.

N. 1. R. *Aloes, Trochiscorum Alabandal an. drach. i., Diagridij, Bdelij, Gummi arabici, corticum radicis Elebori nigri præparatorum an. drach. i., Nitri drach. ij, cum syrupo rosato solutivo excipiantur omnia, & f. maßa pilularum.*

Pilulæ de Succino Cratonis.

N. 2. R. *Aloes Succotrinæ drach. x., Succini unc. s. Agarici albi pulveriz. drach. iii., & cum syrupo de Bettonica f. massa pilularis.*

Pilulæ Cochiæ reformatę.

N. 3. R. *Turbith. optimi, sthecadis arabicæ an. drach. v. Colocynthidis scrup. x. Scammonii drach. ij. s. Aloes pulveriz. drach. i. Tartari solubilis drach. ii.*
pulverizentur omnia subtilissimè, & probè misceantur, & cum syrupo de sthecade fiat massa, ex qua Pilulæ.
loco hieræ pieræ posuimus pulverem Aloes, quia ingredientia, quę cum pulvere Aloes commixta componunt species hieræpicrę, inuti-

inutiliter posita videntur in compositione huiusmodi pilularum, & reverà Cinamomum, Mastices, Assarum, Santalum Citrinum, Spicum Nardum, Crocus, videntur inutiliter posita.

QVARTA CLASSIS

TROCHISCORUM.

Trochisci de Terra sigillata reformati.

N. I. R. *Terræ sigillatę unc. ii, lapidis Amatitis, Succini, Corallorum pręparatorum, Spodii an. man. ii, Bolli armeni, nucum Cupressi, Acatiæ, Hippocistidis, Gummi arabici, Balaustiorum, Rosarum rubearum, semin. Papau. an. unc. ſ.*, Croci *Martis adstringentis drach. ii*, Opij *pręparati drach.* I. *pulverizentur omnia subtilissimè, deindè cum sufficienti quantitate mucilaginis gummi Traganti, aqua Plantaginis extractę, fiant Trochisci s. a.*

QVINTA CLASSIS

DE SPECIEBUS, PULVERIBUS, ET TRAGEIS

Species Diarodon Abbatis reformatæ, & emendatæ.

N. I. R. *Rosarum rubearum sicatarum, & exungulatarum unc.* I. *ſ.*, *Santalorum citrinorum, & rubeorum an. drach. iii, Ligni Aloes, Cinamomi, Rhàpontici, Nardi indicæ, Rasuræ Eboris, Ossis de Corde Cervi, Croci, Mastiches, Cardamomi minoris, è capsulis extractis, Gummi arabici, Tragacanti, succj Glyciritiæ, seminum Annisi, Fęniculi, Ocimi, Melonum, & Cucumeris mundatorum an. drach.* I., *Margaritarum præparatar. drach.* I.
pulverizentur omnia s. a., & misceantur.

Notandum est, quod succus Liquiritiæ concretus difficulter, seù potiùs nullo modo in pulverem reduci potest, nisi sit nimiùm torrefactus, undè meliùs est eidem substituere liquiritiam exsicatam. Species

Species Litontripticæ reformatæ.

N. 2. R. *Spicæ Indicæ, Gingiberis, Ligni Aloes, Calami aromatici, Cinamomi, radicis Peucedani, Eringij, Anonidis, Saxifragiæ an. drach. ii, Granorum Iuniperi, Cariophilorum, Costi, Rhapontici, Glyciritiæ an. drach. i.*
seminum Apii, Ameos, Ocimi, Utricæ, Citri an. drach. i. Seminum Ligustrici, Milii solis, Alchechengi, Pimpinellæ, Petrosellini, Anneti, Dauci cretici, Croci, Schenanti, Cassiæ ligneę, Mastiches, Ireos an. drach. s.
pulverizetur omnia, simulque misceantur, & serventur ad usum.

Quod si nonnullis placeat, ex his electuarium componere, componant adhibito melle.

Litontripticon præstantissimum, & quod maioris efficaciæ est, & quod optarem potius à Pharmacopeis præparari, quàm hoc, quod reformatum iàm exhibuimus, tradetur Tabula secunda Clafs. VIII. n. VIII.

Species Diatrion Santalon reformatæ.

N. 3. R. *Santalorum Citrinorum, alborum, rubrorum, semin. Violarum, Rosarum rubearum exungulatarum an. unc. s. Rhapontici, rasuræ Eboris, ligni Glyciriziæ an. drach. ii, Tragachanti, Gummi arabici, seminum Endiviæ, Portulacæ, Melonis excorticat. an. drach. i. misceantur simul omnia, & pulverizentur, & serventur ad usum. Quod si placeat ex his electuarium componere, incorporentur cum sacharo iulepizato aqua Melissæ q. s.*

CLASSIS SEXTA.

De Extractis, Magisteriis, & Tincturis.

Nulla occurrunt medicamenta in hac Classe, quorum præparatio reformari, indigeat.

CLASSIS

CLASSIS SEPTIMA

De Salibus, & Spiritibus, quibus additi sunt Elixires.

Nulla hic pariter occurrunt Medicamenta, quorum compositio reformari, debeat.

CLASSIS OCTAVA

DE AQVIS DISTILLATIS.

Nequè in hac Classe occurrit aliquod Medicamentum, quod reformatione indigeat.

CLASSIS NONA

DE OLEIS, ET BALSAMIS.

Oleum Castorei reformatum.

N. 1. *R. Castorei unc. ij, Spicæ nardi, Costi, Piretri, Piperis nigri, Sabinæ an. unc: s.*
Stiracis Calamitæ, Galbani, Opoponacis an: drach. III, *Eufor-bij drac. ij, olei commu: lib. ij, vini albi lib. s., digerantur simul calidè in vase fictili, vitreato, per octo dies, deindè co-quantur b. m. per sex horas, posteà colentur, & exprimantur, in expressione per residentiam depurata, dissolvantur tincturę croci cum spiritù vini extractæ unc. ij, & servetur ad usum.*

CLASSIS DECIMA

DE UNGVENTIS, CERATIS, ET EMPLASTRIS.

Unguentum de Comitissa reformatum.

N. 1. *R. Corticis medianæ Glandium, Castanearum, corticis me-*

dianę Quercus arboris, Baccarum Myrthi, Caudę equinę, Galarum, Corticum Fabarum, Acinorum uvarum, Calicum Glandium, Sorborum immaturorum ſiccorum, Meſpillorum acerborum ſiccatorum, foliorum Caparis, Pruneoli ſilveſtris, radicum Tormentillę, aùt Biſtortę an. unc. I. *ſ. coquantur omnia in aquæ ſimplicis lib.* VIII. *factaque coctione ad conſumptionem medietatis, fiat colatura cum expreſſione, huic colaturæ adde cerę novę unc.* VIII, *iterùmque una, vel altera ebulione facta, removeantur ab igne, ipſiſque omnimodè refrigeratis, fiat denuò colatura, Cera, quę remanet aſſervetur, deindè colaturæ adde Olei Mirtillorum lib.* I. *ſ., Communis unc.* XIV. *coquantur leviter ad conſumptionem decocti, ac rursùs coletur oleum, in quo diſſolvantur Maſticis electi unc.* IV. *ſ., & cera iàm repoſita, tandèm inſpergantur infraſcripti pulveres, corticum medianę Caſtanearum, Glandium, Quercus arboris an. unc.* I., *Gallarum, cineris oſſium cruris bubuli, baccarum Myrthi, Acinorum vuarum, ſorborum ſiccorum an. unc. ſ. Trochiſcorum de Carabe unc.* II. *miſce, & f. Uuguentum ſ. a. in quo, antequàm refrigeretur, ponantur ſucci Hipociſtidis in portione primi decocti diſſoluti unc. ſ. placet nonnullis, quod, loco trochiſcorum de Carabe, ponantur in hoc unguento illorum ſpecies, nondùm in trochiſcos redactæ, & tunc meliùs eſſet, ſuccum accatiæ, crocum, & opiùm, quę dictos trochiſcos ingrediuntur, non pulverizata, ſed in portione primi decocti ſoluta, ungento immiſcere.*

Emplaſtrum de Meliloto reformatum.

N. 2. R. *Florum Meliloti ſiccatorum unc.* III, *radicis Iridis, ſemin. fænugreci, folior. Abſcint ſiccatorum, Gummi Amoniaci, Myrrhę an. nuc.* I.
Radicum Cyperi, Altheę, Nardi Celticæ, baccarum Lauri, florum Camom: Croci an. unc. ſ. Ceræ Citrinæ, Reſinæ, Picis albæ, ſevi hircini an. lib. I. *Terebint. claræ unc.* IX.
omnibus ſimul probè, & ſ. a. commixtis f. emplaſtrum.
pulverizentur ſubtiliſs. ſimul flores, folia, radices, ſemina, ac ſeorsìm Crocus, anteà inter duas paginas exſiccatus, pulverizentur ſeorsìm gumma Amoniacum, & Myrrha, poſteà liquentur ad ignem Cera, Reſina, Pix, ſeuum hircinum, & Terebintina, omnia liquefacta per linteum traiciantur, & dùm frigeſiunt, iiſdem pulveres miſceantur, & f. emplaſtrum. Em-

Emplaſtrum de cruſta Panis reformatum.

N. 3. R. *Cruſtæ panis bis coctæ unc. iv., Maſtiches, Menthæ, Roſarum rubr., Nucis muſcatæ, Cariophilorum, Santalorum omnium an drach. ii, Farinæ hordei per ſetaceum traiectę unc. ii, Olei Maſticini, & Citoniorum an. unc. ii, exquibus omnibus, proùt mox tradetur, fieri, debet Emplaſtrum.*
Quod ut ex arte fiat, debet priùs cruſta panis iàm pulverizata per xii. horas macerari in aceto acerimo, & ſupradictis Oleis immiſceri, poſteà farina ordei, tandèm & pulveres aromatici immiſceri.
Advertant Pharmacopei, quod huiuſmodi emplaſtrum propter admixtionem olei Maſticini, & Citoniorum ut plurimùm malè olet, & ingrato odorè ægros, & præſertìm delicatos homines, & fæminas nobiles ſæpè lædit, undè poſſent quandòque prò delicatis, & nobilibus tùm Viris, tùm fæminis in compoſitione huiuſcê emplaſtri, relictis oleis Maſticino, & Citoniorum, uti oleo Amigdalarum dulcium, in quo maſtiches ad drach. vi. ſolutus fuerit ſ. a., & ſuccus Citoniorum ebulierit.

CLASSIS UNDECIMA

De Conſervis, Gelatinis, Looch, Rhob, Rotulis, Tabellis, & Morſellis.

In hac Claſſe nullum aliud medicamentum occurrit, quod reformatione indigeat, quàm Looch ſanum, & expertum, quod præparari, debet, pròut hic reformatum exhibetur.

Looch ſanum, & expertum reformatum.

N. 1. R. *Paſſularum mundatarum, ficuum ſiccatarum, Dactilorum pinguium an. unc. ij, Iuiubarum, Sebeſten. an. n. xxx. Adianti albi, Hiſopi, Glycicrizæ an. man. I., radicum Ireos unc. ſ., foliorum Calamintę unc. ſ., ſeminum Fæniculi, Aniſorum contuſorum an. unc. ſ., infundantur omnia in lib. vi. aquæ communis, & buliant ad conſumptionem medietatis, colaturæ lib. ii coqaantur cum ſacchari penidij lib. ii, ad melis conſiſten-*

niam, interim accipiantur nucleorum pineorum mundatorum, amigdalarum dulcium, cultro mundatarum, an. drach. v. deindè contusa disoluantur aliqua portione decocti, antequàm cum saccharo penidio coquantur, dissoluta traiciantur per cribrum, & praecedenti mixturæ confundantur, & tandèm eidem mixturæ misceantur Liquiritiæ pulverizatę, Tragacanti, Gummi arabici, Amili an. drach. iij. Ireos florentinæ drach. ij. misceantur omnia probè, donèc debitam albedinem aquirant.

CLASSIS DVODECIMA

De Medicamentis, quæ in Chimicorum laboratorijs præparantur.

Nequè hic occurrunt Medicamenta, quæ indigeant reformari, undè imponimus.

Tabulæ Primæ Finem.



TABU-

TABULA SECVNDA

In quà notantur omnia illa medicamenta, in quorum compoſitione, volumus, omnes Pharmacopeos huiuſce Urbis, ac reliquos noſtro Colleggio ſubiectos, eſſe uniformes: impoſterùm igitur omnia medicamenta, in hac Tabula notata, component, pròut à nobis hic deſcribuntur, & iuxtà receptas in hac Tabula poſitas.

CLASSIS PRIMA

DE SYRUPIS.

Potio Caſſiæ clarificata.

N. 1. R. Florum Caſſiæ recenter extract. unc. ij. infundantur in ſeri Caprini depur. lib. 1., additis Criſtalli Tart. Vitriol. ſcrup. ij, & facta infuſione per horas xii. in calore B. M. cum albumine ovi clarificentur, & per manicam Hipp: filtrentur, in fine autèm addatur aquæ Cinamq. ſ. ad conciliandum gratum odorem, ità ùt remaneant unc. vi. potionis.

Potio ex Caſſia clarificata ſolutiva.

N. 2. R. Florum Caſſiæ recenter extract. unc. ij. Seri Caprin: depur. lib. 1., Criſtal. Tart. vitriol. ſcrup. ij. m. f. infuſio per horas xij. in colore B. M., poſteà cum albumine ovi clarificetur, addita Mannæ elect. unc. 1., facta Mannæ diſſolutione, per manic. Hipp: filtrentur, & aromatizentur aqua Cinamomi.

Ptiſſa-

Ptissana solutiva.

N. 3. R. *Fol. Sennæ Or. elect. & mund. drach. v i. Crem. Tart. pulveriz. drach. ij. Cinam. elect. contusi scrup. ij. infundantur omnia per horas x i i. in unc. v i i i. aquæ hordei destilatę, additis in infusione corticum limonum recentium parum, posteà colentur omnia cum forti expressione, Colaturæ autem addantur Mannæ elect. unc. i i j, & clarificentur simul omnia cum albumine ovi, tandèm facta unica levi ebulitione, ità ut manna liquescat, addantur succi limonum recenter extracti unc. i v, & omnia traiciantur sępiùs per manic. hipp., & f. potio cuius dosis ordinaria sit ad uncias x.*

POTIO MAGISTRALIS SOLUTIVA

Medicorum Ferrariensium.

N. 4. R. *Fol. Sennę or. elect., & mund. drach. v i.*
Crem. Tart. pulveriz. drach. ii.
Cinamomi electi contusi)
Sem. annisorum contusor.) *scrup. 1.*
Coriandrorum pp. contusor.)
infundantur omnia per horas x i i. in unc. v i i i. aquæ Cicor., vel Borag. in vase optimè clauso, & stent in loco calido, colentur posteà, & colaturę adantur mannæ elect. unc. i i j, & clarificentur simul cum albumine ovi, tandèm facta levi ebulitione traiciantur omnia sępiùs per manic. hipp., itaùt habeantur potionis unc. v i. circiter, quæ vel nullo modo aromatizentur, vel aqua cinamomi; si aromatizentur enim aqua florum citri, vel aurantiorum extrahitur magis, & acuitur ingratus sennę odor notandum quod si loco sennæ ponantur in infusione semina Carthami contusa, ad pondus ipsius sennę, habetur aqua Angelica, quę olim erat in usù, sed quia ut plurimùm est torminosa, & plurimos excitat dolores, ideò raró hodiè à nostris practicis in usum ducitur.

Potio ex Manna.

N. 5. R. *Mannæ electæ unc. i i j.*
Crem. Tart. scrup. i i j. M. & dissolvantur aqua Borag. in qua

parum

parum Cinam. ebulierit, & f. potio, quæ sæpiùs per manic. Hipp. traiciatur.

Syrupus Anthiaſmaticus D. d'Aquin.

N. 6. R. *hordei mundati unc. i j, Radicum Petaſitidis, Enulę campanæ, Apij, Fæniculi, Liquiritiæ, Uvarum damaſcenarum mund. an. unc. 1. ſ. Dactilos enucleatos n. xii., Iujubas, Sebeſten an. n. xxx. Fol. Tuſſilaginis, Pulmonariæ, ſumitatum Hiſopi, Praſſij albi, Capillor. Vener. an. man. 1., ſeminum aniſi, bombacis an. unc. ſ. florum Tuſſilaginis, Pedis Catti an. man. ſ. f. ex arte decoctio in lib. x. aq. communis ad conſumptionem tertiæ partis, quę coletur, & exprimatur, ac indè ovi albumine cum ſachari lib. v. clarificetur, & coquatur in ſyrupum, qui aromatizetur oleo ſtilaticio anniſorum guttis v i, olei cinam. gut. i j. ſacharo pulveriz. exceptis.*

Syrupus Antiſcorbutius D. d'Aquin.

N. 7. R. *Radicum Filicis maris, Angelicæ, Eringij, Raphani ſilveſtris an. unc. i i j Cortic. Citri, Aurantiorum an. unc. i i. fol. Meliſsæ, Fumariæ, Scolopendrij, Cochleariæ, Becabungę, Naſturtij aquatici, Numulariæ, Mentæ an. man. i i i. ſem. Naſturtij hortenſis, Cardui benedicti, & Citri an. unc. 1. Flor. Geniſtæ, Tunicæ an. man. 1.*
Tartari albi contuſi unc. i i.
incidantur radices, cortices, & folia, contundantur ſemina, deindè omnia ſ. a. in lib. x i i. aquæ chalibeatæ infundantur, & facta ebulitione ad conſumptionem tertiæ partis, colentur, & exprimantur: expreſsio ovi albumine clarificetur, & cum ſachari optim. lib. vi. f. ſ. a. ſyrupus, qui lenio igne coquatur, deindè aromatizetur, vel oleo Carioſiliorum, vel oleo Cinamomi.

Syrupus Antiepilepticus Quercetani.

N. 8. R. *Radic. Peoniæ, Viſci Querc. an. unc. ſ.*
Cinamomi optimi drach. i j.
Florum Calendulæ, Liliorum conval: Tiliæ, Lavendulæ an. pug. 1. Roſarum rubear. pug. i j.
f. extractio tincturę cum ſpiritu vini retificatiſſimo, iiſdem, ad-
eminen-

eminentiam quattuor digitorum, superaffuso, posteà decantetur; deindè.
R. Tincturæ unc. x.
sachari candi pulveriz. unc. i i i, vel i v. misce, & in vase proportionato posita accendantur, flagrentque, continuò agitando, donèc sacharum liquescat, tunc enim extinguenda flamma, & habetur syrupus.

Syrupus Cacheticus Fernelij.

N. 9. *R. Radic. Cicorei, Petroselini, Fęniculi, Caparorum an. unc. s., Polipodij quercini, seminum Cartami an. unc. 1. fol. Hyssopi, Prasij, Origani, Agrimonię, Cetrach., Cuscutę, Adianti. an. man. 1. semin. Annisorum, Fęniculi, Endivię, Melonum an. unc. 1. in aquę agrimonię lib. x. infundantur omnia, & servata debita graduatione, buliant ad consumptianem tertię partis, factaque forti expressione f. colat., in qua infundantur per noctem fol. senn. orient. elect. unc. i v, Agarici albi unc. i i, Epithimi unc. s. Rhabarbari elec. unc. 1., spicę scrup. s. Gingiberis drach. i i.*
& facta rursùs levi ebulitione, & colat. cum forti expressione. R. dictam colaturam, sachari fini lib. i v., & f. s. a. syrupus.

Syrupus de Chalibe D. d'Aquin.

N. 10. *R. Limaturę Chalibis in nodulo laxo, & suspenso ligatę unc.* V I.
Radic. Fęniculi, Cicorei, Rubię tinctorum an. unc. iii. Tartari albi contusi. unc. i j. infundantur omnia in lib. i x. aquæ ferventis, in qua Chalibis frustulum candens septies extinctum fuerit, vaseque cooperto, per horas x i i. suprà cineres calidos macerentur, deindè per horam lento igne buliant, additis inter ebuliendum fol. Rutæ, Rumicis, Lupulorum, Agrimonij, Capil. Vener. an. man. i i j facta ebul. f. colat. cum forti expressione, quæ servetur, ac interim.
R. fol. sennę Orient. elect., & mund. unc. v i. sem. Cartami contusi unc. i v. Tart. Vitriol. unc. 1. macerentur suprà cineres calidos per horas x i i. in suffic. quant. aquæ chalibeatæ, posteà leviter buliant, & facta colatura, cum forti expressione, servetur, interim R. primæ decoctionis, seù colaturæ lib. & v. cum sachari lib. v.

lib. v. ovi albumine clarificentur, & lento igne coquantur, ferè ad electuarij solidi consistentiam, & tunc liquor clarus posterioris decocti sennæ, & sem. cartami, cum ipso misceantur, & lento igne omnia ad syrupi consistentiam reducantur, syrupus refrigeratus olei cinam. stilatij aliquot guttulis aromatizetur.

Diximus haberi in antidotarijs plures descriptiones syrupi corallorum, nos duas hic exhibemus, prima est descriptio syrupi corallorum Quercetani, qui syrupus plurimi æstimatur à practicis, eundemque plurimæ arbitrantur efficaciæ in omnibus morbis, qui ab hematosi vitiata dependeant, & producantur, & potissimùm in fluxù hepatico, disynterico, & lienterico, in febre alba, & Virginum Cachexia; huiusmodi syrupus tali modo præparatur.

Syrupus Corallorum Quercetani.

N. 11. *R. Corallos rubros, crasso modo contusos, & eligatur corallum rubicundissimum, reponantur in ea quantitate, quæ magis libuerit, in mataracio vitreo, & eisdem super affundatur succus limonum, optimè depuratus, ad eminentiam quattuor digitorum, collum subere, vel cera hispanica occludatur, & in balneum vaporosum, fervidum collocetur, hac cautione, quod mataracium aquam non attingat, sed vapores, ex aqua ebuliente ascendentes, circùmquàque illud feriant, huiusmodi vaporoso balneo, per tres dies continuato, totius coralli dissolutio habebitur; quidquid igitur dissolutum fuerit, per inclinationem effundetur, & tunc denuò corallo affundatur succus limonum, & rursùs balneo vaporoso, per tres dies continuato, ùt suprà, exponatur, & dissolutio per inclinationem effundatur, tandem. R. huiusce succi, essentia corollina impregnati, sachari candi uncias sex, & in balneo vaporoso coquantur simul ad consistentiam syrupi.*

Notat Quercetanus, maximo artifitio & maxima deteritate opus esse, in conficiendo hoc syrupo, ne coralli essentia à succo separetur: huiusmodi artificium in eo consistit, quod instituatur evaporatio lenissima in b. m. donèc aquirat consistentiam syrupi.

Proponit Quercetanus vel succum berberorum, vel limonum, michi magis approbatur succus limonum.

Habetur alterà præparatio syrupi corallorum, & est sequens, quæ si magis arrideat nonnullis practicis, illam sequantur Pharmacopei, animadvertant solùm, quod, prò solutione suppositi corallorum salis, laudarem succum berberorum clarum, & optimè defecatum.

Syrupus Corallorum.

N. 12. R. *Sachari albissimi lib. 1. s.*
clarificetur s. a., & coquatur ad consistentiam manus cristi, & servetur: interìm. R. salis solubilis corallorum s. a. præparati unc. 1. s. dissoluatur in aqnæ Plantag. unc. iv. quæ solutio fiat in mortario vitreo, sic solutum sal proiciatur in supradictum sacharum, & ad ignem optimè uniantur, donec, parùm ebulire, videantur, quo facto ab igne removeantur, & iàm confectus syrupus servetur.

Notandum, quod præparatio salis solubilis corallorum traditur infrà, ubi de salibus.

Syrupus de China Chinæ.

N. 13. R. *Corticis Peruu. febrif. electi, qui sit verus cortex, non lignum unc. iij.*
infundantur per horas xii. in lib. 1. s. vini albi generosi, postea leviter buliant, facta ebulitione f. colat., deindè.
R. corticem ab infusione ressiduum, & infund. in lib. iij. aq. communis, in qua buliat ad consumptionem tertiæ partis, facta ebulitione, f. colatura, & cum sachari fini unc. xviii. fiat syrupus, cuius coctura sit usque ad consistentiam electuarij, tunc eidem misceatur tinctura, vino extracta, & levi coctura reducantur ad formam syrupi, qui aromatizetur olei Cinam: guttis aliquot.

Syrupus Epilepticus Puerorum.

N. 14. R. *Flor. Tiliç odoroſç rec. collectç lib. 1. liquoris Tiliæ in cella reservati, & priùs optimè calefacti lib. iii.*
stent in vase vitreo, seù terreo vitreato, atque benè clauso per xxiv. horas, & expressione facta, infusio rursùs calefiat, absque ebulitione tamèn, ac reassumptis novis floribus infusio reiteretur,

vetur, & post' sufficientem macerationem iterum exprimatur, idque tertia vice fiat, huius infusionis prius colatæ R. lib. 1., sachari albissimi lib. 1., & sola dissolutione sachari fiat syrupus clarus; quod si fuerit necessaria aliqua ebulitio, sit levissima.

Syrupus de Elenio Horatij Augenij.

N. 15. R. *Radic. Elenij, Polipodij quercini an. unc. ii.*
Passularum elect. unc. s. Sebesten num. xv.
Fol. Farfaræ, Pulmonariæ, Satureię, Calamintę an. man. 1.
Fol. magnum Tabaci n. 1.
Glycirizę drach. vi.
sem. Virticę, Bombacis an. drach. 1. s. coquantur omnia in sufficienti quantitate aquæ mulsæ, ad remanentiam lib. 1. s., & cum sachari albi lib. 1. f. s. a. syrupus.

Syrupus de Erysimo Lobelij.

N. 15. R. *Erysimi, totius plantæ scilicèt, man. vi, radic. Enulæ, Farfaræ, Liquiritię an. unc. ii, fol. Borag., Capil. Vener., Cicorei an. man. 1. s. flor. quattuor cordial, Roris marini, stecades, Bettonicę, an. mau. 1., sem. annisi drach. vi. Passularum mund. unc. ij.*
omnia infundantur, & buliant s. a. in lib. ix. aquæ hordei stilatitię, & f. ebulitio, ad remanentiam medietatis, quibus additis lib. iij sachari albi f. s. a. syrupus, cui in fine coctionis addantur unc. vi. succi Erysimi depur.

Syrupus de Lacca.

N. 17. R. *Caricarum pinguium unc. 1.*
Lentium sine corticibus drach. ij.
sem. Fęniculi drach. 1.
Santalorum rubeorum drach. ii.
Gummæ laccæ lotæ aqua Violarum drach. iij.
coquantur in iij libris aquæ, ad consimptionem tertiæ partis, colentur, & cum sachari albi unc. xviii. f. syrupus.

Syrupus rosatus aureus.

N. 18. R. *Rosarum palidarum, quæ recenter, & summo mane,*

ae, collectę fuerint, & adhùc rore madidæ, quantum vis; ab ipsis abiectis partibus inutilibus, & abscisso ungue, quod si rosarum, sic præparatarum, pondus sit ad lib. I., accipiatur etiam sachari albi lib. I., clarificetur, & coquatur ad cocturam perfectissimam manus cristi, ac indè eidem sacharo infundantur folia rosarum, iàm pręparata, & in vase terreo vitriato reponantur, deindè vas optimè claudatur, & sic in vase clauso stent omnia simul infusa per horas xxiv, deindè colentur, & serventur ad usum in vase vitreo, & optimè custodiantur.

Syrupus de Terebentina.

N. 19. *R. Milij solis unc. I., Polligoni minimi, Fol. Cetrach., Virgæ aureę an. man. I.*
Ligni Visci querc. unc. I.
Fiat decoctio s. a. in aquæ Capill. Vener. lib. iij, deindè facta colatura.
R. dictæ colaturę lib. ii. s., in ipsa dessoluantur Terebintinæ unc. ii, quæ cam vitello ovi priùs incorporetur, deindè cum lib. ii sachari albi coquantur omnia lento igne, & f. syrupus.

In descriptione huiusce syrupi omisimus semina Genistæ, quæ videntur parùm opportunà prò intentione syrupi, quin' immò tormina intestinorum, vomitus, & ventriculi dolores excitant; undè syrupus potiùs nocuus, & insensus, quàm utilis, & proficuus esset; addita fuerunt Cetrach, & Virga aurea, quæ optimè satisfacere, videntur, syrupi intentioni.

Syrupus Violatus ceruleus.

N. 20. *Accipiantur Violæ, quę sint recenter collectæ, & optimè coloratæ, & odorosæ, abyciatur calix, deindè exprimatur ab ipsi succus, qui succus servetur, ac interìm.*
R. sachari albi lib. I, clarificetur s. a., & coquatur ad cocturam manus Cristi, & in finè cocturæ eidem sacharo misceantur succi violarum iàm expressi unc. iv, & f. s. a. syrupus.

Admonitos facimus Pharmacopeos, quod syrupum violatum simplicem præparent semper hoc modo; si enim aliter in eiusdem præparatione procedant (præparetur scilicèt cum infusione) syrupus tractù teruporis ingratus fit, & ingratissimum

odo-

odorem aquirit, quod ſanè evitari, debet, in ſyrupo, qui potiſsimùm uſurpatur prò condiendis aquis, & apozematibus, in morbis pectoris, & faucium doloribus, & inflammationibus.

Iulappium Gemmatum.

Priùſquam Iulappij gemmati deſcriptionem hic tradam, receptam ſcilicèt, quam, prò eodem coruponendo impoſterùm, noſtri Pharmacopei ſequi, debent, illud præmittere neceſſarium exiſtimo, quod plurimas ſub occulis habui receptas, illaſque attentè conſideravi, & ſanè multas inveni plurimùm inter ſe diverſas, nonnullas tamèn in multis convenire, obſervavi, quæ conveniunt inter ſe, & magis approbantur, & iuxtà quas plurimi Pharmacopei iulapium gemmatum componunt, in eo præſertìm conveniunt, quod à fragmentis prætioſis, ſubtiliſſimè priùs contuſis, & pulverizatis, aceto deſtilato eiſdem affuſo, extrahere, conantur, activiores particulas, illorum ſcilicèt ſales, quibus aqua aliqua cordiali ſolutis, aquam tandèm leviter evaporare faciunt, donèc ſoluti ſales formam pulmenti aquirant, quod pulmentum denuò ſoluunt aqua vel Meliſſæ, vel florum Citri, deindè filtrant, & filtratum ſervant.

Conveniunt ſecundò in hoc, quod infundunt in aquis cordialibus confectionem Hiacynti, Alchermes, & Electuarium de gemmis, ac indè facta ſufficienti digeſtione in balneo mar., omnia per alembicum vitreum diſtillant, aquamque diſtillatam colligunt, & cum illa, & ſacharo faciunt ſyrupum, cui inter coquendum ſolutos, atque filtratos ſales gemmarum immiſcent, atque ad cocturam iulappij omnia perducunt; huiuſmodi modus, componendi iulappium gemmatum, michi non approbatur; non video enim, quid ſperari, poſsit, à diſtillatione, quam peragunt confectionis Hyacinthi, Alchermes, & Electuarij de gemmis, irritò ſanè conatù tincturam cordialem, & alexipharmacam ab ipſis per diſtillationem petunt; nequè enim aſcendunt per alembicum ſales fixi lapidum prætioſorum, qui ingrediuntur compoſitionem electuarij de gemmis, aùt confectionem ex Hyacintho; ità pariter nihil è Corallijs, terra ſigillata, & bollo armena, multò minùs ex auro, ſerico crudo, & grana, quæ pariter huiuſmodi Electuaria, & confectiones ingre-

ingrediuntur, ità etiam nichil ſperandum eſt, quod aſcendat ex ligno Aloè, & lapide Lazuli, alijſque, quæ confectionem Alchermes ingrediuntur, undè irritus labor mihi videtur, eadem diſtillare, prò extrahenda tinctura cordiali, quæ ſit prædita ſcilicèt viribus, & facultatibus huiuſmodi confectionum, & electuariorum, atque illorum ſalibus ſit ſaturata, præterea poſita confectionc ex Hiacyntho, ſuperfluum videtur, addere electuarium de gemmis, quandò iàm ijdem prætioſi lapides, qui ingrediuntur electuarium de geminis, ingrediuntur etiam confectionem ex Hyacintho, ulteriùs habentur illorum ſales extracti, & ſoluti, immiſcendi tincturæ cordiali in coctura iulappij, reiecto igitur huiuſmodi modo componendi iulappium gemmatum, mihi magis approbatur alter ille modus, quo procedunt nonnulli, qui extrahunt tincturam confectionis Hyacinthi, & Alehermes, eorundem facta longa infuſione, & maceratione in aquis cordialibus ſuprà cineres calidos, quam poſteà filtrant, & cum ipſa, addita ſolutione ſalium, & ſacharo iulappium componunt, hunc modum ſequantur noſtri Pharmacopei, & loco electuarij de gemmis utantur ſpeciebus diaromaticis roſatis, & iulappium gemmatum componant proùt hìc in appoſita recepta, notatur.

N. 21. *R. Margaritarum, Zaffirorum, Rubbinorum, Smaragdorum, Hyacinthorum, Topaciorum, Granatarum an: drach. iii. Corallorum rubr., alborum an. drach. ii pulverizentur ſubtiliſſimè omnia in mortario marmoreo, nunquàm æneo, poſteà cum aceto deſtillato macinentur ſuprà porfidum, itaùt ad impalpabilitatem reducantur, deindè reponantur in vaſe vitreo, ijſdemque ſuperaffundatur acetum diſtillatum ad ſupereminentiam trium digitorum, digerantur in loco calido, uſque quò acetum diſtillatum omnimodam tincturam imbiberit, tunc ablata tinctura, denuò repetatur affuſio, donèc gemmæ ſint omnimodè ſuo ſale ſpoliatæ, quo peracto, miſceri debent, ſimul omnes tincturæ, & ponendæ ſunt in alembico vitreo, ùt per cineres calidos evaporetur humiditas, & reducatur ſal ad formam pulmenti: hoc facto huiuſmodi ſales debent aqua Meliſſæ, vel florum Citri diſſolui, atque filtrari, quæ filtratio ſeorsìm ſervanda, ac interìm.*

R. Aquarum Meliſſę, Scorzoner lib. 1. Flor. Citri lib. ſ. in his infundantur Confect. Hyacintì unc. ii ſpec. diaromat roſ. unc. ſ. ſtent in infuſione ſuprà cineres calidos in vaſe vitreo per dies

tres

tres naturales, deindè, facta levissima ebulitione, colentur, colatura filtretur per chartam, deindè cum sachari finissimi lib. i i. f. s. a. syrupus, cui interim addatur tinctura, seù solutio fragmentorum à iàm reposita, & reducatur ad consistentiam iulapij, & hęc erit compositio iulappij gemmati sine odore, cuius aliqua portio potest aromatizari Ambra, & Mosco s. a., ijsdem scilicèt additis in fine cocturæ, solutis tamèn priùs in spiritù vini. Loco electuarij de gemmis posuimus spècies diaromaticas rosatas, quas magis efficaces, & maioribus viribus præditas esse, constat, ac sit electuarium de gemmis; ità pariter loco confectionis Alchermes reduplicata fuit dosis confectionis hyacinthinę, & hoc factum fuit, ne insolitum colorem aquirat iulappium à tinctura huiusce confectionis.

Iulappium Perlatum.

N. 22. R. *Aquę Melissæ, Scorzonerę, Florum Citri, an. lib. s., sachari fini lib. I., m. & s. a. fiat iulappium, cui, in fine coctionis, addè solutionem salis perlarum unc. s. completa coctione, servetur ad usum.*

Iulappium ex Contrahierva.

N. 23. R. *Radicum contrahiervæ hispanicæ, à capillaribus emundatarum unc. iii minutìm incisæ infund. in spiritù vini, non adeò dephlegmati, ad eminentiam unius digiti in vase vitreo, benè obturato, & fiat digestio calore blando per horas x i i., postea per chartam emporetic. filtretur, & servetur, deindè.*
R. *supradict. ressiduum, & cum aqua scorzonerę lib. i i i s. levis decoctio, postea coletur, & clarificetur, addendo sachari albi lib. I. s., & elevata ebulitione filtretur; deindè in vase terreo per bal. M· coquatur usque ad debitam consistentiam, in fine addatur supradicta tinctura, & f. iulappium s. a., & prò usu reponatur.*



CLAS-

CLASSIS SECUNDA

De Electuarijs, Confectionibus, & Opiatis

Electuarium Lenitiuum.

N. 1. R. *Passularum enucleat unc. ii, Capill. Vener., Violarum, Ordei mundi an. man. 1. Iuiubarum, Sebesten an. n. xx, Glyziriciȩ unc. ſ., Prunorum, Tamarind. an. drach. vi., Foliorum ſennæ, Radicum Polipodij an. unc. ii, Mercurial. fæminȩ man. 1. ſ.*
coquantur omnia ſ. a. in lib. xii. aquæ commun. ad conſumpt. tertiæ partis, facta colatura, accipiatur ipſa colatura, & cum ſachari alb. unc. ii coquatur ad conſiſtentiam ſyrupi, poſteà, in ipſo ſyrupo diſſoluantur pulpæ Tamarind., Prunorum an. un. vi, & igne lento coquantur, & tandem adde flor. Caſſiæ recenter tractæ unc. vi, vltimo loco tandèm fol. ſennæ el. pulv. unc. 1. ſ. prò qualibet electuarij libra. Senna pulverizata ſępiùs per incerniculum traiciatur, ut ſubtiliſſima remaneat:

In præparatione huiuſce electuarij receſsimus à communi uſu, & Caſsiam nequaquàm diſſoluimus cum decoctione, ſed ipſam Caſſiam recenter tractam immiſcendam eſſe Electuario, iàm completo, diximus; itaùt Caſsia nullo modo ignis vim patiatur, ſic enim ſuo humido ſubſtantifico ſpoliatur, & impotens, ac effeta redditur.

Electuarium Diaſcordium Fracaſtorij.

N. 2. R. *Cinamomi elect., Terræ lemniȩ, Caſſiæ ligneȩ an. unc. ſ., Scordij Cretici unc. 1., Dictami Cretici, Tormentillæ, Biſtortæ, Gentianæ, Galbani puri, Gummi arabici an. drach. iiij, Opij thebaici drach. 1. ſ. ſtiracis Calamitȩ in lacryma drach. iiij ſem. Acetoſæ drach. 1. ſ. Boli armen. orientalis pp. unc. 1., Piperis longi, Gingiberis elect. an. drach. ij, mellis optimi puri lib. ii. ſ. Conſervȩ Roſarum lib. 1. Vini aromatici unc. v.*
miſceantur omnia diligenter, & ſ. a. f. Electuarium.

Laudarem in compoſitione huiuſce electuarij, quod augeretur doſis Scordei ad unc. ij, quod conſerva Roſar. per cribrum traiciatur, antequàm cum alijs miſceatur.

Electua-

Electuarium de Chalibe.

N. 3. R. *Chalibis limati subtilissimè pulverizati, & per cribrum traicti unc. iij Cinamomi electi, Croci orient: finissimè pulveriz: an. scrup. ii.*
misceantur omnia, & cum mellis despumati unc. vi. f. s. a. Electuarium.

Electuarium Cariocostinum.

N. 4. R. *Hermodatilorum alborum à cortice superiori mundatorum, Diagridij an. drach. ii, Costi, Cimini, Cariophilorum, Gingiberis an. drach. 1. s.*
pulverizentur omnia, & misceantur, deindè cum syrupo, facto ex vino albo, & melle an. unc. iij, & benè cocto f. s. a. Electuarium.
huiusce electuarij aucthorem se facit Petrus Bayer, illud etiam proponit Ioubertus.

Confectio Alchermes.

N. 5. R. *Foliculos sericos, ex quibus extracti, non ennatè sint vermes ad lib. 1., minutìm incidantur, à pelicula priùs tamèn tùm interiori, tùm exteriori liberentur, sic præparata, & incisa infundantur in lib. xii. aquæ Buglosę ferventis per horas xxiv. in vase terreo, deindè buliant aliquantulùm, & posteà fiat colatura cum forti expressione; in hac colatura infundantur grani Tinctorij, seù granorum Kermes Officinarum, pulverizatorum unc. ix., buliant denuò lento igne ad remanentiam circiter lib. iij, tunc facta denuò colatura cum forti expressione, pòst aliquam ressidentiam, clarior pars per inclinationem decantetur, & seorsìm servetùr, interìm.*
R. *aquæ Rosar: fragrantissimæ, succi pomorum dulcium, sachari fini an. lib. 1. s., & addita colat: iam prępar ata ex serico, à f. s. a. syrupus, qui sit coctus ad consistentiam mellis valdè solidam, & ultimò tandèm addantur lapid. Lazul. optimè præparati, & loti s. a. drach. xii.*
Ligni Aloès crudi, Cinam. an. drach. vi. Margarit. preparat. drach. ii, Fol. auri drach. 1. & f. s. a. Electuarium, cuius pars separetur, & seorsìm in suo vase reponatur, alteri partì

 addan-

tur Ambrę grisę drach. ii, Moschi scrup. ſ., sed priùs sacharo misceantur ſ. a.
animadvertendum est, quod lapis Lazuli, lignum Aloè, Cinamomum, & Margaritę, priùs quàm syrupo misceantur, in subtilissimum polinem redigi, debent; Circa præparationem lapidis Lazuli Pharmacopei consulant aucthores.

Notandum est, quod à nobis sericum infunditur in lib. XII. aquæ Buglossæ, quæ quantitas aquæ, fortasè nimia nonnullis videbitur, prò infusione unius libræ serici, sed animadvertant, quod sericum aquæ infusum, plurimùm intumescit, & plurimùm aquæ absorbet, præterea longior ebulitio est necessaria, prò extrahenda tinctura ipsius serici, quæ ebulitio rursùs renovari, debet, ubi, extracto serico, eidem tincturæ infunduntur grana Kermes, quorum activitas radicatur in partibus terrestribus, seù salinis fixis, & ideò longiori ebulitione opus est, ut extrahantur; Quod autèm partes, quæ extrahuntur ex granis Kermes sint salinæ fixæ, comprehenditur ex amarore, & ex colore intensè rubro, quos aquirit ipsa decoctio, Si igitur aliquam aquæ partem absorbent foliculi serici, plurima alia pars evaporat per longiores, & repetitas ebulitiones, clarè patet, quod nisi fieret infusio in tanta aquæ copia, illa, quæ superstes esset, nequaquàm sufficeret, prò componendo syrupo, & hæc pariter ratio est, cur à nobis infusio non sit facta in succo pomorum dulcium, aùt aqua rosarum; nàm minimè sufficerent prò extrahenda desiderata tinctura, & præsertìm absorberentur à serico infuso. Quod si nonnulli, uti D. Lemmeri, infundunt lib. ſ. serici crudi in aquæ rosar. unc. IX., & succi pomorum dulcium unc. IX., hoc ab ipsis factum fuit, fortasè quia utuntur succo granorum Kermes recenti; neque ipsis opus est, tincturam granorum Kermes longa ebulitione extrahere, adhùc tamèn lib. I. & ſ. liquoris, quam constituunt unciæ novem aquæ rosar., & unciæ novem succi pomorum, semper sunt insufficientes, prò congrua extractione tincturæ ab unc. VI. serici crudi.

Notandum secundò, quod circa dosim lapidis Lazuli, sequutì sumus illos aucthores, qui in largiori dosi, ad drach. scilicèt XII., hunc lapidem huic electuario immiscent; nequè enìm approbare, possumus, & laudare illos, qui dosim lapidis Lazuli ad duas tantùm drach. restringunt; etenim nulla

vide-

videtur proportio inter ingredientia, quæ miſcentur cum ſyrupo, ſi immiſceantur ſolummodò reliquis ingredientibus lapidis Lazuli drachmæ duæ, nàm videtur, quod lapis Lazuli doſis, cum præcipuè in iſto lapide conſiſtat efficacia medicamenti, debeat, ſuperare, ſaltem æquare, doſim ligni Aloès, & Cinamomi.

Notandum tertiò, quod Pharmacopei prò extrahenda tinctura kermes, uti, debent, grana Tinctorum, non autèm altero illo ſemine, quod vulgò *Cociniglia* dicitur, & quo paſsìm hodiè utuntur tinctores, prò tingendis ſericis colore kermes; cum huiuſmodi Cociniglia non ſit prædita illis facultatibus, quæ mirabiles prædicantur in grana tinctorum.

Confectio de Hycintho.

N. 4. R. *Lapidum Hyacinthorum pręparatorum, Corall. rubeor. Boli armen., Terræ ſigillatæ an. drach. ix., granorum Kermes, foliorum Dictami Cretici, radicis Tormentillæ, Croci, Myrrhæ, Roſarum rubear:, Santalorum albor:, citrin., rubr., eorum, Oſsis de corde Cervi, raſurę Cornu Cervi, & Eboris, ſemin. Citri mundator, Acetoſæ, Portulacę an. ſcrup. viii. Lapidum Saphirorum, Smaragdor., Topacior. pręparat., Margaritarum preparat., ſerici crudi, folior. auri, & argenti an. ſcrup. iv, Moſchi orientalis, Ambrę griſæ an. g. x. ſyrupi de cortic. Citri lib. iii m. & f. confectio ſ. a.*

Triphera magna.

N. 8. R. *Opij Thebaici drach. ii, Cinamomi, Cariophilorum, Stiracis Calamitæ, radicis Galangæ minoris, Zedoariæ Gingiberis, Coſti, Cyperi, Ireos florentinę, Peucedani, Acori veri, Calami aromatici, Spicæ indicę, Spicę celticæ, corticis radicis Mandragoræ, Roſarum rubear., Piperis nigri, ſeminum onniſi, Petroſelini macedonici, Apij montani, Fæniculi, Dauci cretici, Hyoſciami albi, & Ocimi an. drach. 1. miſceantur omnia, ſubtiliſsimè priùs pulverizata, cum mellis deſpumati unc. x., & f. ſ. a: Opiata, uſui reponenda, quæ pariter niſi poſt ſex menſes diſpenſanda.*

Laudanum Opiatum, seù Nepentes minùs Quercetani.

N. 8. R. *Eßentię Opij à suo dissolvente per balneum vaporosum s. a. separatæ unc. ij, Essentiæ Croci cum aqua limonum extractæ unc. 1.*
hę duæ essentiæ confundantur invicem in parvo quodam vasculo argenteo, his adde Margaritarum præparatarum, Magisterij Hyacinthj, Corallorum an. drach. 1. s., Terræ sigillatæ veræ drach. 1., Lapidis bezoar. occidentalis veri, Unicorni, Ambræ grisę an. scrup. ij, quibur benè commixtis, quod ex his resultat medicamentum reponatur, & est Nepentes minùs Quercetani.

Philonium Romanum, seù Magnum.

N. 9. *Semin. Hyosciami, & Piperis albi an. drach. v., Opij drach. ii. s., Cassię ligneę, Cinamomi an. drach. 1. s., semin. Apij, Petroselini macedonici, Fæniculi, Dauci cretici, Costì, Mirrhæ, Castorei an. drach. 1. Croci, Pyrethri, Nardi indicæ an. scrup. 1., mellis optimi despumati unc. ix, & omnibus probè mixtis fiat ex arte oppiata*
Animadvertant Pharmacopei, quod etiam huiusmodi medicamentum non debet, dispeasari, nisi post transactos sex menses, ab eiusdem compositione.

Philonium Persicum Mesuè.

N. 10. *Piperis albi, semin hyosciami albi an. drach. x., Opij, Terræ sigillatæ an. drach. v., Lapidis Hematidis, Croci an. drach. ii. s. Castorei, Spicę indicæ, Pyretri, Margaritarum, Succini, Zedoarię, Doronici, vel Enulę Campanæ, Trochiscorum Ramichan. drach. s., Camphorę scrup. 1., Mellis ros. simplicis unc. xv. m. f. oppiata s. a.*
hoc medicamentum pariter dispensari, non debet, nisi transactis sex mensibus ab eiusdem compositione.

Theriaca Andromachi.

N. 11. R. *Trochiscorum scilliticorum unc. vi., Trochiscorum*

rum

rum de Vipera, Piperis longi, Opij, Magmatis Hedychroi an. unc. iij, Rosarum rubear. exsiccatar., radicis Iridis illiricæ, aût florentinæ, succi Glycirizę, seminum Buniadis dulcis, seù napi agrestis, comarum scordij cretici, Opobalsami, seù olei ex nuce muscata expressi, Cinamomi, Agarici albissimi an. unc. 1. ſ., Myrrhę, Costi odorati, seù Zedoariæ, Croci orientalis, Cassiæ ligneę verę, Nardi indicæ, seù Spicę nardi, schenanthi, seù Iunci odorati, Thuris masculi pellucidi, Piperis nigri, albi, seù Aglaiæ, fol. Dictami cretici, comarum Marubij, Rhàpontici, Stecades arabicæ ex Cycla, sem. Petroselini macedonici, Calaminthæ montanæ odoratę, Terebinthinæ Cyprię, aût Acris Lybicæ, Zingiberis, radic. Pentaphili, seù quinque folij racemosi an. drach. v i., Polij cretici, ramorum chamepihyos, Styracis Calamitæ rubeę, Meù, seù Angelicę, Amomi racemosi, aût sem. Citri, & Hyperici an. partes equales

Acori, seù Calami aromatici, Nardi celticæ, terræ Lemniæ verę, Phù Pontici, aût Valerianæ nostræ, Chamedrios cretici, comarum fol. Malabathri, aût eius loco Macis, & Cariophilorum an. partes eq., Chalcitidis tostæ, radicis Gentianæ, Annisi torrefacti, succi Hypocistidis, Carpobalsami, aût Cubebarum, Gummi arabici splendidi vermiculati, sem. fœniculi cretici, Cardamomi minoris, Seseleos fragilis Massil., succi Acaciæ, Thelaspios, Comarum Hyperici cretici, Ameos, Sagapeni an. drach. i ij. Castorei, Aristolochię tenuis, seù longę. sem. Dauci cretici, Bituminis iudaici, seù Asphalati, Opoponacis, Centaurei minoris, Galbani an. drach. i j, Mellis despumati triplum idèst lib. x i v., unc. v. & drach. i i.

Hæc sunt plurima illa ingredientia, seù plurima illa simplicia medicamenta, ex quibus magnum hoc Electuarium, Theriaca scilicèt, componi debet, quommodò singula sint præparanda, quo ordine, & qua arte melli sint immiscenda, videatur apud Sgobbium, illumque, uti diximus, sequantur nostri Pharmacopei.

Mithidatum.

N. 12. R. *Myrrhæ arabicæ troglodıticæ, Croci optimi, Agarici albi, Zingiberis mundati, Cinamomi, Spicę Nardi odoratæ, Thuris electi, seminum Thelaspios an. drach. x., Seseleos, Opobalsami, seù olei, è Nuce moscata expresi, Schenanthi, Stechadis,*

chadis, Costi veri aromatici, Glabani, Terebentinę, Piperis longi, Castorei optimi, succi Hypocistidis, styracis rubeę, Opoponacis, foliorum malabatri an. unc. 1., Cassiæ ligneę, Polij montani, Piperis albi, Scordij, sem. Dauci cretici, Carpobalsami, Trochiscorum Cypheos, Bdelij an. drach. v i i. Nardi celticæ purgatæ, sem. Petroselini, Gummi arabici, Opij, Cardamomi, sem. fęniculi, Gentianæ, folior. Rosarum, Dictami cretici an. drach. v., Annisorum, Aristolochiæ rotundæ, Achori, Phùc, Sagapeni an. drach. i i i Meù athamantici, succi Acaciæ, ventris Synchij veri, sumitatum Hyperici an. drach. i j. s. Vini, quantùm satis, succis, & liquoribus dissolvendis, mellis despumati triplum, idèst lib. i x. unc. v i i i. drach. i j, & ex his omnibus mixtis, & melle exceptis, fiat Electuarium, in cuius præparatione sequantur Pharmacopei methodum Sgobbij.

Theriaca Diatheseron.

N. 13. *R. Gentianæ, Baccarum Lauri, Myrrhæ, Aristolochiæ rotundæ an. unc. i j, melis despumati lib. i i, m., & f. s. a. Electuarium, nonnulli iisdem hisce ingredientibus componunt pulverem, quod sub nomine specierum Diapentes retinent in Pharmacopoliis, huiusce pulveris ingredientia tradentur infrà, ubi de speciebus, Pulveribus, & Trageis.*

Electuarium ex Cassia.

Quod à Donzello Conserva Cassiæ dicitur, cuius usus frequens admodùm est in statu Veneto, & Romæ.

N. 12. *R. Liquiritiæ unc. i i, seminum Malvæ, Peponum, Citrulli, Cucurbitæ, & Anguriæ an. unc. i, Capillor. Vener. man. 1. fiat ex omnibus graduata decoctio in lib. v i. aquæ stilatitiæ Malvæ, deindè fiat colatura, cum qua, & lib. i i i sachari albi fiat syrupus ad consistentiam consuetam, prò conficiendis electuariis, in hoc syrupo postea dissolvantur Florum Cassiæ recenter tractæ lib. i i, pulpæ Tamarindorum lib. 5., iterùm bulliant simul omnia ad consistentiam molioris electuarij, quod, ubi fuerit frigefactum, aromatizetur, facta inspersione pulveris Cinamomi perfectissimi ad unc. 1.*

Placet hic addere descriptionem Electuarij, mihi familiaris, & quo

& quo maxima cum utilitate utor ad lubricandam alvum.

Electuarium prò lubricanda alvo, quod etiam plurimùm valet, ad preservandum à Podagra.

N. 15. R. *Pulpæ Passularum electarum, coctarum in vino albo dulci, & per setaceum traiectę unc. iv, floris Cassię recenter tractæ unc. 1., Mannæ electę canelatæ unc. ii, Specierum diassennę, sinè Scamonio, Radicis mecoacanæ an. drach. ii Cinamomi electi drach. 1. s., Coriandrorum perparator. drach. iii, santalorum citrinorum, rubeorum an. scrup. ii. pulverizatis, pulverinandis, cum sachari fini sufficienti quantitate fiat s. a. Electuarium*

Dosis vel ad unciam unam, vel ad drach. x. sumenda hora una antè prandium.

Passulæ solutivæ prò pauperibus.

N. 16. R. *Passularum electarum mundatarum lib. s., sachari albi lib. s., infusionis Sennæ consueto modo, & s. a. paratę lib. 1. s. pulveris sennæ elect. unc. 1. boni ponderis. Ut igitur habeantur passulæ solutivæ accipiantur infusio sennæ, & sacharum, & ex ipsis simul commixtis componatur syrupus, in hoc syrupo coquantur Passulæ, ubi autem coctę fuerint, removeantur ab igne, & addatur antequàm refrigescant senna pulverizata, omniaque, optimè permixta, reponantur.*

Passulæ solutivæ.

Prò divitibus, & delicatulis.

N. 17. R. *Passularum electarum coctarum in vino albo dulci unc. iv, ac interìm infundantur folia sennæ mundatæ à stipitibus, & à foliculis drach. vi. in unciis octo vini albi dulcis, & facta sufficienti infusione f. colatura, in qua postea dissolvantur sachari fini unc. iv, & facta ebulitione coquantur ad consistentiam syrupi, in quo posteà passulæ iam coctę infundantur, & facta levi ebulitione removeantur ab igne, & serventur ad usum, aromatizentur tamèn priùs guttis aliquot olei Cinamomi stilatitij, quod si maioris efficatię desiderentur, dissoluatur in ipsis mannæ electæ unc. 1.*

CLAS-

CLASSIS SERTIA

DE PILULIS

Pilulæ de Aloè rosata.

N. 1. R. *Aloes optimæ, & pellucidæ lib. ſ. pulverizetur ſubtiliſſimè, & in vaſe fictili vitriato reponatur, deindè ſuper affundantur ſucci roſarum pallidarum puri, & clari lib. i i, & cooperiatur poſtea vas linteo raro, & ſoli exponatur, & potiſſimùm ſtet ſoli expoſitum menſe Iunij, vel Iulij, donec ſpiſſitudinem aquirat, ac interìm ſæpiùs lignea ſpatula miſceatur, poſtea novus ſuccus Roſarum ad lib. i j eidem Aloè ſuperaffundatur, & denuò ſtent ſoli expoſita, donèc ſpiſſitudinem denuò aquirant, & rursùs tertia, vel etiam quarta vice ad eandem menſuram ſuccus Roſarum affundatur, ac indè facta exſicatione ad conſiſtentiam pilularum, ſervetur ad uſum, & in vaſe vitreo, vel veſcica reponatur, ac indè poſteá, cum opus fuerit, fiant pilulę minutiſſimæ, iuxtà doſim, à medico præſcribendam, debent, fieri minutiſſimæ, ut citiùs, & faciliùs diſſoluantur in ventriculo, & inteſtinis.*

Pilulæ de Amoniaco Quercetani.

N. 2. R. *Extract. Aloes unc. i i i, Gummi Amoniaci, Myrrhæ an. unc. ſ., Maſtiches, pulveris Diatraſantali an. drach.* 1. *ſ. ſalis Fraxini, vel Abſcint. ſcrup. i v, Croci ſcrup. i j. pulverizentur ſubtiliſſimè omnia, miſceantur, & cum ſyrupo de ſthecade, vel de ſucco Roſarum fiat maſſa Pilularum.*

Pilulæ noſtræ de Amoniaco.

N. 3. R. *Extracti gummæ Amoniaci aceto ſcilitico præparat. ſcrup. iv, Extract. Aloes ſcrup. i i i, Tartari vitriolati ſcrup. i i i m. f. maſſa ex qua pilulæ, quibus, prò diverſa medici intentione, addi poteſt, vel ſalis martis aperitivi ſcrup.* 1., *vel ſalis Abſcint. drach. ſ.*

Pilulæ Gellij.

N. 4. R. *Aloes ſuccotrinæ, perfectiſsimæ unc.* 1. *ſubtiliſsimè pulverizetur, extracti martis, ſeù tincturę martis, cuius deſcriptio inferiùs tradetur in* vi. *Claſſe, ubi de Tincturis, & Extractis, drach.* iii *plùs minùs, pròut magìs, vel minùs eadem tinctura Aloes imbibi poterit; ſignum autèm, quod Aloes ſit tinctura Martis ſufficienter imbibita, erit, ſi pulmentum, dùm pertractatur, manibus non adhereat; ſimul igitur commixta Aloes, & tinctura ponantur in mortario ęneo, & ferro piſtillo, quę ſint priùs calefacta, uniantur ad perfectam conſiſtentiam, poſteà è mortario extracta, manibus oleo amigdalarum dulcium inunctis ſimul malaxentur, & reponantur, ac indè, quandò opus fuerit, pilulæ formentur, quarum pondus ſit ſcrup. ſ.*

Pilulæ lucis minores.

N. 5. R. *Aloes Succotrinæ unc.* iii, *foliorum Chelidon. mai. drach.* ij. *ſ., Eufragiæ, Abſcinthij, florùm Violar., Roſarum rubear. an. drach.* 1. *ſ., Sennę mundatæ, Epithimi, Mirabolanorum omnium, Agarici trociſcati, Trochiſcorum Alandal, florum Schenanti, lapidis Lazul preparat. folior. Buxi an. ſcrup.* iiij *cum ſucco Chelidoniæ, vel Fæniculi depurato fiat maſſa Pilularum ſ. a.*

Notandum, quod Lapis lazuli ommitti, poteſt

Pilulæ de Cynogloſſa.

N. 6. R. *Radicis Cynogloſſę, Opij, Semin. Hyoſciami an. unc. ſ., Myrrę puræ drach.* vi., *Olibani drach.* v., *Lacrymę Styracis Calamitæ drach.* ij. *Croci, Caſtorei an. drach.* 1. *ſ. cum ſucco Cynogloſſæ, & ſyrupo de ſucco Violarum an. partes equales f. maſſa, ex qua Pilulæ.*

Pilulæ Meſentericę D. D. Aquin.

N. 7. R. *Aloes ſucco fumariæ lotę, & enutritę, gummi Amoniaci electi an. unc.* 1. *Croci Martis aperientis, Diagridij an. unc. ſ., Myrrhę, Croci, Salis Tamariſc. an. drach.* ii, *Salis Martis ſcrup.* ij. *cum ſufficienti quantitate ſyrupi de Cicor. cum rhabarb. f. maſſa, ex qua Pilulæ.*

Pilulæ Elvetij ad ſanguinis fluxum ſivè è naribus, ſivè è pulmonibus, ſivè aliundè ſit.

N. 8. R. *Alumnis Rocchæ purificati unc. ij, pulverizetur, deindè in vaſe argenteo, vel terreo vitriato liquetur lento igne: eidem liquefacto addatur uncia ſ. ſanguinis Draconis in lacryma, pulverizati, & optimè miſceantur, & malaxentur, donec aquirant conſiſtentiam, aptam ad componendas pilulas; & de facto ex hac miſſa pilulæ fieri, debent, quarum pondus ſit ad drach. ſ. Et quoniàm dùm formantur pilulę maſſa refrigeratur & indureſcic, debet denuò calore emoliri, ut ex ipſa pilulæ fieri, poſſint.*

Ubi notandum eſt, quod ubi fuerint ſimul commixta ſanguis Draconis, & Alumen debent abigne removeri, & dùm malaxantur procùl ab igne ſervari, debent.

Notandum ſecundò, quod urgente neceſitate, poſſunt Pharmacopei uti Alumine non purificato, & tunc debent eligere Alumen melioris conditionis, quæ haberi, poſſit, purificatur autèm Alumen ſolutione, filtratione, & coagulatione; doſis eſt drach. ſ. prò qualibet vice, repetenda ſępiùs in die, proùt urget neceſſitas, ſiſtendi celeriter ſanguinem.

Pilulæ ad gonoream Donzelli.

N. 9. R. *Terebentinæ clarę venetæ, vel Cypriæ unc.* 1. *Corallor. pręparati drach. iii, Croci Martis adſtringentis ſcrup.* 1., *& cum pulvere Liquiritiæ q. ſ. f. maſſa, ex qua pilulæ.*

Doſis ſit ad drach. ij prò qualibet vice

Pilulæ Mercuriales ad gonoream.

N. 10. R. *Terebentinæ Venetæ ſcrup. iiij. Succini albi pręparati ſcrup. ſ. Mercurij dulc. gr. v. m., & f. pilulę, quę ſint prò una doſi, toties repetenda, quotiès Medico curanti libuerit.*

Pilulæ hiſtericæ D. Charat.

N. 11. R. *Aloes ſucco Artemiſiæ lotę, & imbibitę drach. x. Fęcular. Brioniæ, Myrrhę electæ, Vitrioli Martis, Salis Artemiſiæ*

misię an. drach. ij, Castorei, Camphoræ, foliorum Rutæ an: scrup. ij.
Misceantur omnia, & cum succo Artemisiæ incorporentur, & f. massa ex qua pilulæ.

Pilulæ ad gonoream D. Charaz.

N. 12. *R. Radic. Bistortę, Tormentillæ, Nimpheę, Baccar. hederæ, semin. Lactucæ, Rutæ, Agni Casti, Succini, Sang. Hirci, Mastiches, Olibani, sangu. Draconis, Nucis muscatæ an. drach. i i, ex his omnibus simul mixtis cum Terebentina Veneta f. massa, ex qua pilulæ.*

Huiusmodi Pilulæ tunc solum exhiberi, debent, quandò iàm omnis gonoreę malitia victa supponi, possit. Summuntur manè, & vesperi, longe à pastù, continuando per plures dies illarum usum, & dosis est à drach. ſ. ad drach. 1.

Pilulæ Ruffi.

N. 13. *R. Aloes succotricæ unc. i j, Myrrhæ unc. 1. Croci unc. ſ., m. & cum vino generoso, seù Malvatico f. massa, ex qua Pilulæ.*

Pilulæ Aureę.

N. 14. *R. Aloes succotrinę, Diagridij, an. drach. v., Rosarum, semin. Apij an. drach. i i. ſ. Annisorum, Fęniculi an. drach. 1. ſ. Croci, Trochisch. alandal, Specier. hierę picræ an. drach. 1.*
misceantur omnia, & cum syrupo, vel melle rosato solutivo f. massa, ex qua Pilulæ.

CLASSIS QVARTA

DE TROCHISCIS

Trochisci de Myrrha.

N. 1. *R. Myrrhæ electę drach. v., fol. siccatorum Rutæ, Mentastri, Pulegij Cervini, Dictami cretici, sem. Cymini, Radic.*

dic. Rubiȩtinct., Assȩ fȩtid., Sagapeni, Opponacis an. drach. ii. misceantur omnia, priùs tamèn subtissimè pulverizentur, ea scilicèt, quæ pulverizari, debent; gummata autem dissoluantur in aceto scilitico, & singula secundum propriam exigentiam, deindè ex his, sic præparatis, cum succo artemisiȩ, ad quandam melleam consistentiam redacto, f. Trochisci.

Trochisci de Alkekengho.

N. 2. R. *Fructuum Alkekenghi drach. iii, semin quat. frigidorum maiorum an. drach. iii, Boli armenæ, Gummi Arabici, Thuris masculi, Sanguinis Draconis, Amigdalarum amararum, Liquiritiȩ, Amyli, Tragachanti, Pinearum mund., semin. Papaveris albi an. drach. vi. Sem. Apij, Hiosciami, succini albi, Terræ sigillatæ, Opij an. drach. ii.*
pulverizentur omnia, & cum succo Alkekengi f. s. a. Trochisci.

Trochisci de Galia Moscata.

N. 3. R. *Ligni Aloes drach. ii. s., Ambræ grisæ drach. 1. s. Moschi drach. s., & cum mucilagine Tragachanti, extracta cum aqua Rosarum, f. massa, ex qua Trochisci f. a.*

Trochisci ex Minio.

N. 4. R. *Pastæ ex farina triticea crudæ, & benè fermentatæ unc. iiii, Mercurij sublimati corrosivi unc. 1., Minij unc. s. misceantur, & cum aqua Rosar. in mortario marmoreo f. massa, ex qua formentur Trochisci oblongi.*

Quoniam Trochisci Aliptæ moscate Nicolai, qui etiam à nonnullis dicuntur Galiæ Moscatæ Nicolai ingrediuntur plurium medicamentorum compositionem; ideò eorundem descriptionem hic tradere, necessarium, duxi, quia in eorundem compositione plurimùm discrepant antidotaria.

Trochisci Aliptæ Moscatæ Nicolai.

N. 5. R. *Laudani purissimi unc. iii, Styracis Calamitæ unc. 1. s., Styracis rubrȩ unc. 1., ligni Aloes drach. ii, Ambræ*

bræ grisæ drach. 1., Camphorę scrup. 1. ſ., Moſch. ſcrup. 1. ſ., cum aqua Roſar., in qua Tragachantum ſolutum fuerit, formentur Trochiſci, in umbra exſiccandi.

Habentur, uti dixi, aliæ deſcriptiones Trochiſcorum, ſub nomine galliæ maſcatæ Nicolai, quibus nullo modo convenire, poſſe huiuſmodi nomen, michi videtur, cum nullam convenientiam habeant cum Trochiſcis Galiæ moſcatæ Meſuè, quìn' inepta, & parùm conveniens illorum deſcriptio videtur; etenim non video, ad quid oleum Sambucinum, vel etiam iaſminorum huic compoſitioni miſceantur.

Trochiſci de Charabe.

N. 6. *R. Charabes drach. vi., Cornù Cervi uſti, Gummi Arab., Tragachanti, Corall. rub. uſtorum, ſem. Papau. nigri an. drach. iii, Thuris, Croci, Opii an. drach. ii, ſucci Acaciæ, Hipociſtidis an. drach. iii, Balauſtorum, Maſtiches, Laccæ an. drach. iii.*
pulverizatis pulverizandis, miſceantur omnia ſimul, & poſteà cum mucilagine ſemin. Pſilii f. Trochiſci.

Trochiſci de calce viva ad dolorem dentium.

N. 7. *R. Calcis vivæ unc. ſ., farinæ ſiligineę, Piperis longi, corticis Granat. Gallarum an. drach. ii. ſemin. Hioſciami, Cariophilorum, Camphoræ, Opii, Alumin. uſti, an. iv. miſceantur, & cum extracto radicis Pyrethri ſcrup. iv fiat maſſa, ex qua poſteà cum oleo Origani cretici, & camphora fiunt Trochiſci exiles, ſed oblongi.*

Trochiſci, ſeù Paſtili ad ſuffitus.

N. 8. *R. Reſinę, Stiracis Calamitę an. unc. 1. liqueſiant leviter in patella, & iiſdem miſceantur pulveris Benzoin unc. iii, moſchi ſcrup. 1., & f. maſſa prò paſtillis.*

Paſtilli antichectici Excellentiſſimi D. Io: Dominici Benetti Philoſophiæ, & Medicinæ Doctoris, ac in Ferrarienſi Gymnaſio Lectoris publici ordinarij.

N. 9. *R. Extracti Hederę terreſtris* } *unc. 1.*
Extract. ligni Santalini Citrini }

Ligni

Ligni santalini citrini subtilissimè pulverizati]
Aquæ Traganti] *q. s.*
misceantur, & f. s. a. pastilli, seù trochisci, quorum pondus sit ad ʒ. 1.

Circà huiusce medicamenti compositionem notat idem Excellentissimus Benettus, quod per extractum Hederę terrestris intelligit succum inspissatum eiusdem Hederę, mense Maij, Luna decresente collectę; quod extractum ligni santalini debet esse cum spiritù vini factum, quod pulvis ligni santalini debet esse subtilssimus, & quod aqua Tragaganti debet esse plurimùm restricta, notat tandem, quod medicamentum debet bis in die exhiberi, manè scilicèt, & vespere, & eidem superbibi decoctio ligni Santalini in aqua Papaveris erratici facta.

Sieff album sinè opio.

N. 10. *R. Gummę arabici, Tragachanti, Amili an. drach. iiij. Cerusæ latæ drach. vj.*
Sarcocolæ nutritę drach. iij.
pulverizentur omnia, & cum albumine ovi reducantur ad formam solidam, & f. Sieff. addunt nonnulli Opij drach. 1., & habetur Sieff album cum Opio.

Cum Sieff albo Rhasis convenit huiusmodi Sieff, solummodò Rhasis auget pondus Cerussæ ad drach. x.

Sieff Citrinum Mesuè.

N. 11. *R. Cadmiæ ustæ, & in lacte vel muliebri, vel vacino, seù asinino extinctæ, ac lotæ unc. 1.*
Cerussæ lotæ unc. 1.
Croci unc. s.
Opij drach. 1.
Tragachanti drach. ij.
cum aqua pluvia q. s. incorporentur omnia, & f. pastilli.

Collirijs siccis placet, addere colliriuum humidum, maximæ utilitatis in ophtalmia, reliquisque omnibus occulorum inflammationibus, eius descriptio, desumpta est ex D. Barbete.

Colli-

Collirium humidum ex D. Barbete.

N. 12. *R. Gummæ Tragacant drach. ii, Mucilag. sem. Psilli drach. iii, aquæ Rosarum, Plantagin. q. s., misceantur, & f. Collirium mediocris consistentiæ.*

CLASSIS QVINTA

DE SPECIEBUS, TRAGEIS, ET PULVERIBUS

Species Diamargaritonis frigidæ.

N. 1. *R. Sem. quat. frigid. maior. excorticatorum, sem. Portulacæ, Papau: albi an: drach. 1. Rosar. rubear., florum Ninpheę albę, Borag. an. drach. 1., ossis de corde Cervi, Santalorum rub., Citrinorum, ligni Aloes an: drach. 1. corall. rub., alb. an. drach. s. Margaritarum preparat: drach. iii. pulverizentur omnia s. a., deindè simul misceantur, & serventur ad usum.*

Notandum tamèn, quod quattuor semina frigida à nonnullis non miscentur speciebus, nisi cum usus postulaverit, & tunc prò qualibet drachma specierum ponitur scrup. unus seminum.

Pulvis Haly.

N. 2. *R. Semin. Papau. albi drach. v., semin. Cidoniorum, sem. quatt. frigidorum maior. mund. an. drach. iii. Portulacæ, Malvæ, Bombacis, Altheę an. drach. ii. s., Amyli, Gummi Arabici, Tragachanti, Liquiritiæ, rasuræ Eboris an. drach. 1. s., Penidiorum ad pondus omnium, & f. pulvis s. a.*

Animadvertant Pharmacopei, quod si quandòque rotulæ componendæ sint cum istis speciebus, tunc in earundem præparatione ommitti, debet, sacharum penidiatum, esset enim inutiliter positum.

Species cordiales temperatę, sinè gemmis.

N. 3. *R. Cinamomi optimi unc. s., Corallorum rubeor., alborum preparati, ligni Aloes, Succinor. albi preparati, Spodij ex Ebore fossili, ossis de corde Cervi an. scrup. iiii, Croci optimi scrup. ii. pulverizentur omnia simul, & ad usum serventur.*

Pulvis

Pulvis Hermodatilatæ.

N. 4. *R. Hermodatilorum unc. ii, Turpeti drach. iiii, Diagridij drach. iii ſ., Crem. Tart., Zingiberis an. drach. 1., ſachari drach. v. pulverizentur omnia ſ. a., & ſimul miſceantur.*

Pulvis Guttetæ iuxtà deſcriptionem Riverij.

N. 5. *R. Radicum Peoniæ, ſeminum eiuſdem, Dictami albi, ligni Viſciquercini an. unc. ſ., ſeminum Atriplicis drach. ii, Cranij humani unc. iii, Corallorum rub., Hiacynthorum preparator: an. drach. 1. ſ., Ungulæ Alcis unc. ſ., foliorum auri drach. 1. pulverizentur omnia ſ. a. deindè aliqua eius portio, dimidia pars ſcilicèt reponatur ſeorſim in vaſe, poſteà cum altera medietate miſceatur Moſchi ſcrup. ſ., & ſit prò infantibus, atque puerulis, quemadmodùm altera illa ſine Moſcho ſit prò adultis, & potiſſimùm fæminis.*

Species Tragaghanti frigidę.

N. 6. *R. Tragaghanti electi drach. viii., Gummi Arabici drachm. ix., Amyli drach. ii, Liquiritiæ, quattuor ſeminum frigid. maior. mundat. an. drach. 1., ſachari fini unc. 1. ſ., Camphoræ gr. vi. pulverizentur omnia ſ. a., & ſerventur ad uſum.*

Animadvertant Pharmacopei, quod huiuſmodi ſpeties non poſſunt, ſervari per longum tempus, ratione ſeminum, quæ illarum compoſitionem ingrediuntur, vndè vel in pauca doſi ſunt præparandæ, vel ſemina ſolummodò ijſdem immiſceri, debent, quandò ſunt in uſum ducendę.

Species lætificantes Raſis.

N. 7. *R. Corticum Mali Citri exſicatorum, Cariophilorum, Galiæ Moſcatæ Nicolai, Cinamomi, Croci Orient., Nucis muſcatę, Cardamomi mai: è capſulis extracti, dicti minoris pariter tracti, Been rubri, dicti albi, Zedoariæ, Doronici, ſeminum Ocimi an. drach. 1. pulverizentur omnia ſimul, & ſerventur ad uſum.*

Omiſimus conſultò Maſtichen, utpotè nullius efficatiæ ad lætificandum; quemadmodùm etiam conſultò omiſimus Moſchum, cuius odor nonnullis quandòque, uti diximus alibi, eſt infenſus.

Species

Species. Elescoph, seù Episcopi.

N. 8. R. *Diagridii, Turbit. elect. an. drach. vi., Mirabolanorum Emblicorum, Polipodij, Cariophilorum, Cinamomi, Gingiberis, Nucis Muscatæ an. drach. ii. ſ. Sachari fini lib. ſ. pulverizentur omnia subtilissimè, & serventur ad usum; magis enim à nobis approbatur, quod huiusmodi species serventur sub forma pulveris, quam sub forma Electuarij.*

Pulvis ad Tussim Puerorum D. A. Mynsicht.

N. 9. R. *Sachari penidij unc. iii., pulveris Diatragacanthi frigidi, Diahireos simplicis an. unc. ſ., radicis Peoniæ drach. ii, succi Glycirizæ drach. 1., lactis sulphuris, Croci orientalis an. scrup. ii, Cranij humani, seminum Papaveris albi an. scrup. 1. misce, & f. omnium pulvis subtilissimus: dosis a scrup. ſ. usquè ad drach. 1.*

Species Diapentes.

N. 10. R. *Radicis Gentianæ, Baccarum Lauri, Myrrhę, Aristolochiæ rotundę, Centaureę minoris an. partes eq. pulverizentur omnia simul, & pulverizata serventur prò iumentis.*

Species Cordiales prò Epithemate.

N. 11. R. *Florum Boraginis, Melissæ, Buglossæ an. man. ſ. Rosarum rubear. unc. iij Santalorum rub., alb. an. unc. ii, Bhen albi, Bhen rubei an. unc. ſ. Cortic. Citri exsicat., Aurantiorum an. unc. ſ., Ligni Aloes, Cinamom., Cariophil. Croci anna drach. ij, subtilissimè pulverizentur omnia, & simul misceantur.*

Omisimus os de corde Cervi, & setam succo granorum Kermes infectam, inutiliter enim posita videntur, in remedio externo.

Pulvis Sarcoticus.

N. 12. R. *Aloes Epatice, Sarcocollæ, Myrrhæ an. drach. vi., Thuris in lacryma drach. iii, IreosFlorentinæ drach. 1. pulverizentur omnia, & simul misceantur.*

CLASSIS SEXTA

De Extractis, Magisterijs, & Tincturis

Tinctura Corallorum.

Vidimus, parùm approbari ab authoribus, quin potiùs improbari, ac reici plures illa corallorum tincturas, quas exhibent Chimici, & pręparant in suis officinis, & potissimùm si violentiam ignis, vel salium vim corrosivam corallum expertum fuerit; putant enim, quod rubeus color in hisce tincturis proveniat à diuturna digestione menstrui, quo utuntur chimici prò tincturæ extractione, & inquiunt, quod in illis tincturis nichil habetur, quod sit extractum è sinu Corallij, sed solum habentur imbibitæ ab ipsis menstruis minimæ particulæ à corallis errosæ, undè ab istis tincturis nihil magis sperandum, & fortasse minùs, quàm à corallis prępartis, seù Corallorum magisterio, hinc nonnulli dissolvunt in aliquo convenienti menstruo sal corallorum, & hoc menstruum, sale corallorum imbibitum, loco tincturæ corallorum exhibent; sed & hic maxima oritur difficultas, quandò nonnulli famatissimi viri sunt in ea sententia, quod sal nullo modo è corallis extrahi, possit, & fictitium illud sal corallorum, quod exhibent Chimici, nihil aliud esse, quàm magisterium corallorum, particulæ scilicèt per acidum menstruum à corallo abrasæ, undè semper stat, quod corallorum tincturæ, quocumque modo pręparatæ, nichil exhibent extractum è sinù coralli, quod sit maioris efficatiæ, ac particulę per acidum menstruum à corallio abrasę, quod autèm è corallo sal extrahi minimè possit, licèt sal inter prima eiusdem componentia sit reponendum, hoc provenit exstricta nimis, & nimis arcta cohesione, & unione particularum componentium, quæ à nullo menstruo dissolui, seù relaxari potest, undè, quemadmodùm in auro, minimæ quidèm particulæ è corallo abradi, possunt, per acidum menstrum, nullum autèm ex primigenijs eiusdem principijs ex eiusdem sinù extrahi, & ab aliorum consortio separari, potest. Quod autem suppositum illud sal corallorum non sit verè sal, è sinu coralli extractum, sed potiùs sal aceti intrà poros coralli insinuatum, ibique fixatum, probant ex eo, quod

quod si dissoluatur huiusmodi sal in aqua, eidemque superaffundatur oleum tartari, factum per deliquium, habetur magisterium corallorum, facta scilicet præcipitatione minimarum coralli particularum, quæ subsident in fundo vasis in formam pulveris, cum iàm a sale tartari fracta fuerint aceti salia, intrà coralli poros insinvata, nequè pulvis in fundo vasis subsidens, sal dici, potest, quandò non liquefit, nequè solvitur in aqua, contrà salis naturam, hisce tamèn non obstantibus, ut practicis satisfacere, possint Pharmacopei, præparent sequenti modo Corallorum tincturam.

N. 1. *Accipiant Corallia in ea quantitate, quæ ipsis libuerit, reducant suprà porfidum in subtilissimum pulverem, quasi impalpabilem, corallia sic præparata ponantur in magno matraccio, ijsdemque superaffundatur acetum distillatum ad supereminentiam quattuor digitorum, post validam, quam concipiunt effervescentiam, ponantur in digestione suprà sabulum calidum, per duos dies, ac interìm sæpiùs agitentur, post digestionem duorum dierum, subsidente in fundo vasis corallo, liquor clarus, per inclinationem extractus, intrà aliud vas reponatur, ac interim servetur, tùnc denuò corallio superaffundatur acetum, & post digestionem duorum dierum, liquor clarus extrahatur è vase, & reponatur, replicata aceti distillati affusione, & digestione, donèc totum penè corallum fuerit dissolutum, tunc misceantur simul omnes illæ solutiones, & reponantur in vitrea cucubita, & suprà ignitum sabulum promveatur evaporatio humiditatis ad medietatem, tandem filtretur, & servetur ad usum, & hæc erit tinctura corallorum.*

Tinctura de Carabe.

N. 2. *R. Carabes electissimi unc. 1. ſ. contundatur, & in pulverem crassiorem reducatur, deindè reponatur in vase vitreo angusti orificij, ac eidem superaffundatur spiritus vini rectificatissimi lib. 1. claudatur optimè vas, deindè fervidioribus solis radijs mense Iunij, & Augusti per xxxx. dies exponatur, sępiùs interìm vas agitetur, transactis xxxx. diebus, aperto vase liquor clarus in aliud vas effundatur, ibidemque ad usum servetur, dosis sit ad dracbus ij, & iij.*

TINCTURA MARTIS
extracta succo pomorum dulcium.

N. 3. R. *Limaturę Chalibis quantùm placet, ponatur in vase terreo, vitreato, deindè iroretur succo depurato pomorum dulcium sæpiùs, donec limatura aquirat intensam rubiginem, & digitis compressa facilimè in pulverem redigatur, deindè ponatur suprà porfidum, & cum succo pomorum dulcium in subtilissimum polinem reducatur, hoc facto limatura in vase vitreo reponatur, ac eidem succus pomorum dulcium, ut suprà depuratus, superaffundatur, ad supereminentiam sex, vel octo digitorum, digerantur soli exposita, ac sæpiùs spatula lignea agitentur, donec succus pomorum ad tantam nigredinem perducatur, ut attramenti nigredinem emuletur, ubi hoc obtentum fuerit, versetur, seù per inclinationem coletur, pars purior, & omni fæculenti materia per residentiam spoliata, reponatur, & servetur ad usum.*

TINTURA MARTIS FACILIS,

Michi familiaris.

N. 4. R. *Limaturę Martis unc. iii in scutella terrea vitriata reponantur, deindè sæpiùs aqua capillorum Veneris abluantur, posteà abiecta aqua ad umbram exsicentur, quò sępiùs facto, ponantur in vase vitreo capacitatis octo, vel novem librarum, quod sit angustioris orifitij, deindè vas impleatur vino albo generoso, & vino optimè agitato, solis radijs exponatur per octo dies, ac indè in usum ducatur.*

Summæ æfficatię est in Virginum morbis, provenientibus à contumacioribus uteri, & viscerum obstructionibus. Dosis est ad unicas IV., vel VI, summo mane assumendæ, ac posteà ijsdem asumptis, debet, patiens deambulare, & lento motù progredi, saltem per horam.

Tinctura Martis tartarizata.

N. 5. R. *Rubiginis ferri. unc. xii, Tartari albi unc. xxxii., coquantur omnia in olla ferrea, additis duodecim, vel quindecim*

cim libris aquæ pluviæ, per horas xii., agitata identidem materia spatula ferrea, & attentio sit, superaddere ollæ aquam ferventem, dùm prior consumitur, removeatur posteà ab igne, & supernatabit liquor niger, qui debet filtrari, & postea eiusdem avaporatio promoveri, in vase terreo, per ignem arenę, donec perveniat ad consistentiam syrupi circiter.

Inter tincturas connumeravimus Laudanum liquidum Sydenam, hoc volúmus præparari à Pharmacopeis sequenti modo, iuxtà receptam Sydenami.

Laudanum liquidum Sydenami.

N. *6. R. Vini hispanici veri lib.* 1., *Opij unc. i j, Croci unc.* 1., *pulveris Cinamomi, Cariophilorum an. drach.* 1., *infundantur simul in bal: mar. in vase vitreo, & per duos, vel tres dies digerantur, donec liquor debitam consistentiam aqirat, colatum servetur prò usù, cuius dosis sit ad guttas x., aùt xii. in adultis, in senibus tamèn minor esse, debet.*

Diximus Vini hyspanici veri, ut sciant Pharmacopei, nequaquàm vinoMalvatico utendum esse, tunc enim medicamentum facilè acessit, & inutile, saltèm minùs proficum redditur, & facilè corrumpitur, ex eo quod apud nos vinum malvaticum non est in sua puritate, sed diversis mixturis alteratum.

Tinctura solutiva Doctissimi Lanzoni.

N. 7. *R. Pulveris Ialappę electæ unc.* 1.
Cinamomi electi drach. i j.
Corticum Citri parum
infundantur omnia in lib. 1. *spiritus vini, rectificati, & stent in infusione supra cineres calidos per tres dies naturales, colentur postea, & per cartham filtrentur, & serventur ad usum, dosis ad unc.* 1., *iucundior, & delicatis viris magìs grata erit huiusmodi tinctura, si sequenti modo præparetur.*

Rosolium solutivum.

N. 8. *R. Radicis Ialappę pinguis, & resinosæ, minutim contusæ unc.* 1.

Cina-

Cinamomi electi drach. i j. Corticum Citri recentium ab interiori pellicula mundatorum drach. i j.
infundantur in lib. 1. spiritus vini rectificatissimi, stent infusa soli exposita, vel supra cineres calidos, deindè colentur, & per chartam filtrentur, ac spiritus vini reponatur; interim.

R. Sachari fini unc. i i j, reponantur in vase, deindè superaffundantur aquæ ferventis unc. i i j: stent in vase clauso, donec refrigerentur, & sacharum optimè fuerit dissolutum; tunc misceantur cum spiritu vini, iam reposito, & soli per v i i j. dies exponantur, posteà colentur rursùs, & filtrentur.

Magisterium Martis aperitivum Mynsicht.

N. 9. *R. Succi Oxalidis expressi, & depurati lib. i i i, affundantur Tamarindorum optimorum uncijs v i i i. confricentur manibus, vel pistillo ligneo in patina terrea, non stamnea, & fiant in modum pulmenti; posteà exemptis nucleis, & stipitibus, coquantur parùm, & clarificentur cum albuminibus ovorum duorum, deindè colentur per laneum pannum, clarificatum detur cuccurbitæ vitreę, cui adde limaturæ Chalibis à sordibus benè purgatę unc. i i i j. digerantur in arena in loco calido tribus diebus, & noctibus, cucurbitę superponatur alembicus cęcus, ut semper agitari, possint, cum spatula lignea, post digestionem colentur per chartam in patinam vitream, vel terream, & inspissetur colatum per arenam, ad consistentiam extracti liquidi: Remanentia Chalibis in subtilissimum pulverem conversa exsicetur, & ad usum servetur.*

EXTRACTUM MARTIS

Prò componendis Pilulis Gellij.

N. 10. *R. Chalibis subtiliter limati lib. 1., musti vini albi generosi, recenter ab Uvis expressi, & filtrati lib. v i i., ponantur omnia in vase terreo, optimè vitriato, capaci, & exponatur vas solis radijs per quadraginta dies, sępiùs omnia agitando; interìm accipiatur aliud vas terreum pariter, & vitriatum, & in ipso ponatur limaturæ Chalibis lib. 1., eidemque affundantur vini albi generosi, Trebbianum scilicèt, vel Malvaticum*

ticum lib. viii., vas obturetur, & exponatur solis radijs per quadraginta dies. Transactis quadraginta diebus, misceantur simul, & mustum, & vinum cum limatura Chalibis, iam singulis infusa, deindè ponantur in bal: mar: in vase vitreo, & buliant per spatium unius horę, agitando materiam spatula lignea, coletur posteà leviter, & colatura evaporetur in bal: mar: usquequò aquirat consistentiam mellis, hoc facto, reponatur, & servetur ad usum.

CLASSIS SEPTIMA

DE SALIBUS, ET SPIRITIBUS,

quibus adduntur Elixires

Elixir Proprietatis Paracelsi.

N. 1. R. *Croci orientalis integri minutìm incisi, Myrrhę electæ pulverizatæ, Aloes succotrinæ pulverizatę an. unc. 1., infundantur in lib. 1. s. spiritus vini, rectificati optimè, stent per tres dies in infusione in loco calido, deindè adde Spiritus Sulphuris unc. s. posteà in vase vitreo optimè clauso stent per quadraginta dies vel soli exposita, vel in fimo equino sepulta; transactis quadraginta diebus colentur, & per ressidentiam clarificentur.*

Caveant Pharmacopei, ne utantur nimia liberalitate in augenda dosi spiritus vini, prò componendo huiusmodi Elixire, tunc enim minùs debile evadit medicamentum.

Elexir Vitæ.

N. 2. R. *Foliorum recentium Bettonicæ, Melissæ, Menthæ, Roris marini, Maioranę, Angelicę, Corticum Citri recentium an. man. s., ligni Aloes, radicum Contraiervæ indicę, Granorum Kermes, Nucis moscatæ, Cinamomi, Cariophilorum, Zedoariæ, Santalorum citrinorum an. drach. ij, Baccarum Iuniperi drach. iiij.*

incidantur omnia, & contundantur. posteà infundantur in alembico vitreo cum lib. iiij spiritus vini, optimè deflegmati, & facta digestione per horas xxiiij. in bal. mar., vase optimè clauso, destilentur ad siccitatem.

CLAS-

CLASSIS OCTAVA

DE AQUIS DISTILATIS.

Aqua Antiepileptica Langij.

N. 1. R. *Florum Liliorum convalium recentium, à pedunculis liberatorum manip. viii., florum Tiliæ man. iij, seminum Peoniæ recentium unc. I., infundantur in vini Cretici, vel hispanici lib. vi., deindè facta digestione in vitreo vase optimè clauso per bal. mar. per spatium quinque dierum, distilentur ad sicitatem, posteà R. Cinamomi electi drach. vi., Nucum muscatarum unc. ſ. Piperis longi, Cubebarum, Cardamomi maioris, è capsulis extracti an. drach. ij, flor. Lavendulę recentium, modicè exsiccatorum unc. I., florum Roris marini recentium, stecados orientalis an. unc. ſ., ligni Visciquercini, radicum Peonię, Dictami albi an. unc. ſ.*

Omnia crasso modo contundantur, & incidantur, ac in alembico vitreo ponantur, ijsdemque aqua superior destilata imitatur; stent in infusione per octo dies, vel in bal. mar., vèl solis radijs exposita, deindè distillentur ad siccitatem, & servetur ad usum.

Animadvertant Pharmacopei, ne utantur vino cretico, seù malvatico acido, alioquin' & ipsa aqua erit acida.

Additi fuerunt flores Tiliæ ad augendam medicamenti efficaciam, contrà epilepticos insultus.

Aqua Anthisterica Quercetani.

N. 2. R. *Succorum depuratorum Matricariæ, Mercurialis an. lib. I. Nucum muscatarum, Cinamomi, ligni Aloes, Macis an. unc. I. Florum Roris marini, & Salviæ an. pug. i j, Castorei electi drach. vi., Fęculæ Brioniæ drach. iv., vini albi generosi optimi lib. I. ſ., facta per tres dies infusione in loco calido, distilentur bal. mar. ſ. a.*

Aqua Cordialis Saxoniæ.

N. 3. R. *Succorum depuratorum Boraginis, Buglossæ, Acetosæ,*

tose, Calendulæ, Ciani maioris, & minoris, Limonum, Citri, Melissæ, Lapatij, Verbenæ, Bistortæ, Rosarum rubear; Rutæ Capraria an. un. vi., Succorum, pariter depuratorum, Pentaphilon, Pimpinellę, Myridis an. unc. iiij, seminum Portulacę, florum Nimpheę an. unc. ij, specierum Diatriasandal drach. vi. stent in infusione per horas xxiv., postea distilentur ad siccitatem, interim;

Accipiantur terrę Samię, Lemniæ, Silesiacæ an. unc. 1. s. Margarit. preparatar: drach. iij, infundantur in sufficienti quantitate aceti distilati, & digerantur, donec acetum imbibitum sit ijsdem terris, & Margaritis, postea coletur acetum, & si opus fuerit per chartam emporeticam traiciatur, deindè ad pondus lib. i. misceatur cum aqua iam destilata.

Pharmacopei affundant tantam quantitatem aceti destilati terris, & Margaritis, ut indè haberi possit lib. una aceti, iàm prædictis magisterijs saturati, aquę destillatæ immiscenda.

Aqua ex Cordibus animalium pręparata.

N. 4. *R. Corda Cervi, vel Vituli, recente, ab occisis animalibus desumpta, uuà cum sanguine in ipsis vasis superstite, infundantur in sufficienti quantitate vini generosi, Cretici potissimùm, factaque per xij. horas digestione in B. M. distillentur ad omnimodam siccitatem, itèm.*

R. Ligni Sassafras unc. s., Nucis muscatę, Cinamomi, Cariophilorum an. drach. ij, Cardamomi è suis capsulis extracti, Cubebarum, Cassiæ ligneę an. drach. 1. s., Macis, Galangæ seminum Citri, corticum eiusdem, Santalorum citrinorum an: drach. 1., florum Roris marini, Melissæ, Rosarum rubr., Violarum, Boraginis, Lavendulæ, Tunicæ an. man. s. infundantur omnia in aquæ Rosarum, Boraginis, Bulgossæ Nimpheę an. unc. viii., & additis aquæ tot. Citri, aquæ florum Aurantiorum an. unc. vi., Succi Pomorum dulcium lib. 1., stent in infusione per tres dies naturales, postea bal. mar. destilentur ad siccitatem, huiusmodi aquę destillatę interim addatur altera illa aqua è cordibus extracta, & probè misceantur.

Aqua Cinamomi diſtillata.

N. 5. *R. Cinamomi acuti minutìm incisi lib. 1., vini malva-*

tici optimi lib. i i, aquæ Rosarum optimę lib. i i i i , ponantur omnia in alembico vitreo, & fiat digestio calore bal. mar. per horas x x i v. , vase optimè clauso, deindè destillentur s. a. ad siccitatem.

Aqua Aluminosa Falopij.

N. 6. R. *Aquæ Plantaginis, Rosarum an. lib. I., Mercurii sublimati, Aluminis Rochæ an. drach. i i, buliant omnia in vase vitreo ad consumptionem medietatis, & post ressidentiam quinque, vel sex dierum, per inclinationem aqua clara à ressidentiæ separetur, & servetur ad usum.*

Aqua Antiphtisica.

N. 7. R. *Radicum Symphiti maioris unc. i j, radicum Plantaginis drach. i i, radicum Tormentillæ drach. v I., radicum Pimpinellæ drach. I. foliorum Bursæ pastoris, Prunellæ, Polypodij, Consolidæ mediæ, Saniculæ cum radicibus an. manip. I. s., Flor. Rosar. rub., Flor. Hipericon, Pervincę, Bellidis utriusque an. man. I., contundenda contundantur, herbę verò, & flores minutìm incidantur, & infundantur omnia in aquarum Symphiti maioris, Plantaginis, Bursę pastoris an. lib. i i i, Scabiosæ, Marubij an. lib. s. stent in infusione in loco calido per octiduum, vase quotidiè aliquotiès moto; deindè destillentur in alembico vitreo per bal. mar. ad siccitatem.*

Aqua ad Calculum, nobis à Nobilissimo Viro D. March. Onuphrio Bevilaqua communicata, cuius ideò hic descriptionem tradimus, quia illam summę efficatiæ, & maximæ utilitatis in calculosis experti sumus.

N. 8. R. *Florum Sambuci recentium manip. v i., Vini albi generosi lib. v i., urinæ pueri impuberis, sani, & benè nutriti lib. v i. infundantur omnia simul per horas x x i v. in alembico vitreo, & distillentur per arenam ad sicitatem, aqua distillata servetur ad usum.*

Aqua Hirundinum.

N. 9. R. *Pullos Hirundinum è nidis mox extractos, & vivo corpore laceratos, aùt disectos num. x x i v. Ligni visciquercini*

unc.

unc. iii radicis Peoniæ unc. ij, seminum Peoniæ unc. 1., incisis incidendis, & contusis contundendis, omnia infundantur in aquarum eßentialium Liliorum Convalium, florum Sambuci, Peoniæ, Tilię an. lib. ii stent in infusione in loco calido, in vase optimè cooperto per horas xxiv. deindè distillentur, s. a.

Aqua Nephritica.

N. 10. R. *Radicum Enulæ campanæ, Ononidis, Fragariæ, Parietariæ, Betulæ, Pimpinellę, Raffani an. unc. ij., Petroselini, Levistici an. drach. vii. folior. Levistici, Petroselini an. man. 1., saxifagię cum toto unc. ij, Sambuci man. 1., Baccar. Iuniperi, Alichechengi, Cynosbati, Millijfolis, Cepparum an. unc. ij.*

contusis contundendis, incisis incidendis, infundantur omnia, additis tamèn priùs seminum annisorum unc. ij in alembico vitreo, ijsdemque superaffundantur vini albi generosi lib. viii., deindè, facta octo dierum digestione, distillentur per bal. mar. ad sicitatem.

Aqua Ophtalmica de Cancris.

N. 11. R. *Caneros fluviatiles vivos, mense Iuni, Sole, & Lunu in cancro existentibus, colectos nu. xxx. prò istorum pondere addè tantùm herbæ Chelidonię, & simul contundantur, deindè addè semminum Fęniculi contusorum unc. 1., Eufragię, Camphoræ an. unc. s., Cariophilorum, Aloes Epaticæ, Tutiæ pręparatæ an. drach. ij.*

misceantur omnia, & dividantur in tres partes æquales, & prima pars in bal. mar. destilletur, deindè partem alteram immitte cucurbitæ, eidemque aquam destillatam à prima parte affunde; postea rursùs b. m. destilletur, atque tertia pars cuvirbitæ imitatur, eidemque aqua distillata supraffundatur, & tertia vice destilletur, & habebitur aqua de Cancris, & Chelidonia famatissima.

Potest ex fęcibus calcinatis extrahì sal, & idem aquæ, iàm destillatæ, immisceri; erit enim maioris efficatiæ. Ex huiusmodi aqua una, vel altera guttula occulis instillatur ter, vel quater in die.

Loco Fabæ marinæ, qua nos sumus destituti, posuimus Eu-

fragiam, nè scilicèt medicamentum sua privaretur efficacia.

Licèt plurimi æstimetur à nonnullis aqua hęc Ophtalmica, attamèn à nonnullis reprehenditur, & improbatur, & præsertim Tutiam, in eiusdem compositione inutiliter positam esse, prætendunt; si tamèn placeat Pharmacopeis, aliam aquam Ophtalmicam in suis pharmacopolijs habere, præparent sequentem, cuius descriptionem hic tradimus, ut abundent aquis Ophtalmicis, & est desumpta ex Timeo.

Aqua Ophtalmica Timei.

N. 12. R. *Chelidonię maioris, Fęniculi, Bethonicę, Maioranæ, Eufragiæ, Fumariæ, Rutæ, Salvię, Roris marini, Melissæ, Pimpinellæ an. manip. 1. istis omnibus simul mixtis, affundantur roris Maialis lib. vi., Vini Malvatici lib. iv, & facta sufficienti fermentatione, destillentur.*

Aqua ad ruborem, & Pustulas faciei.

N. 13. R. *Camphoræ trituratę unc. 1., Sulphuris unc. 1., Myrrhę electæ, Thuris an. unc. ſ., ubi fuerint omnia pulverizata, infundantur in aquæ Rosar. lib. 1., & stent in vase vitreo optimè clauso per octo, vel decem dies solis radijs exposita, deindè ipsa aqua clara, & per inclinationem à fæcibus separata, sit ad usum.*

Aqua Stiptica Londinensis desumpta ex Anchora sauciatorum D. Vveber.

N. 14. R. *Vitrioli Ungarici, Aluminis an. lib. ſ., flegmatis Vitroli lib. iv, coque tandiù, donèc omnia fuerint dissoluta, liquorem frigefactum filtra, & à cristallis subindè natis separa, adde singulæ libræ liquoris Olei Vitrioli unc. 1., & serva prò usu.*

Aqua Scordei composita.

N. 14. R. *Succi Scordei depurati lib. v., succorum Acetosę, Rutę Caprarię, Limonum an. lib. 1., Theriacę Venetæ unc. iv, dissolvatur Theriaca in ipsis succis, & post digestionem trium dierum, in alembico vitreo per bal. mar. distillentur ad siccitatem.*

Aqua

Aqua Theriacalis.

N. 16. R. *Theriacę Venetę unc. vi, Mijrrhę electæ unc. iii, succorum depur. Boraginis, Endiviæ, Acetosæ, Limonum an. lib. ii, succi Cardui benedicti lib. 1.*
primò dißolvatur Mirrha pulverizata subtiliter, cum succo Limonum, & ponatur in alembico vitreo, deindè ponatur in eodem alembico Theriaca, reliquis succis dissoluta, factaque digestione per horas xxiv. distillentur ad siccitatem, aqua distillata sit ad usum.

Aqua viridis Sennerthi.

N. 17. R. *Aluminis, viridis Eris an. drach. ij, vini albi generosi lib.1. s. bulliant simul in vase terreo, vel vitreo ad consumptionem quartę partis, indè fiat colatura, cui addæ Camphoræ drach. 1., solutæ cum spiritus vini rectificati unc. 1. iisque benè commixtis, serventur ad usum.*

Aqua stiptica D. Lemmeri.

N. 18. R. *Colcothar, seù Vitriolum rubrum, ressiduum in retorta post spiritus extractionem, Aluminis usti, sachari canditi an. scrup. iv, urinæ iuvenis, & aquę Rosarum an. unc. 1., aquæ Plantag. unc. iv. Omnia simul commixta diutiùs agitentur in mortario, postea huiusmodi mixtura reponatur in phiala vitrea, & servetur ad usum. Quandò in usum ducendus est hujusmodi liquor, debet sufficiens eius portio per inclinationem in aliud vas transfundi, & tunc in dicto liquore, iam è phiala vitrea effuso, immergi debet linteum duplicatum, quod huiusmodi liquore madidum parti vulneratę, a qua profluit sanguis, debet, applicari: Ad sistendam autem nimiam emoragiam narium, strophiolum huiusmodi liquore madidum debet, naribus immitti.*
per os assumptus huiusmodi liquor à drach.1. ad duas sistit sputum sanguinis, cruentos alvi fluxus, sanguinem fluentem ab hemorridibus, & immodicum mensium fluxum. Liquor, si per os debeat assumi, cum aqua Centinodiæ assumatur.

Aqua

Aqua ſtyptica D. La Faveu.

N. 19. R. *Vitrioli lib. iij, diſsoluantur in ſufficienti quantitate aquæ ſimplicis, diſſolutio per linteum craſſum traiecta in lebetem cupreum immitatur, ignique imponatur, peractis aliquot ebulitionibus, vas ab igne retrahatur, & liquori contento affundatur acei ſtilati lib.* I., *ſic precipitabitur pars vitrioli terrea, liquor poſt xii. horas quietis depuratus per inclinationem effundatur, & pulvis in fundo reſſiduus probè lavétur, edulcuretur, & exſicetur ſupra cineres calidos, tùm.*

R. *huiuſce pulveris unc. viij. immittantur in retortam vitream, affuſis ſpiritus vitrioli, benè dephlegmati unc. viij, reponatur retorta in arenæ balneo, fiatque diſtilatio igne primùm lenì, ſed tandèm violento, qui continuetur, donec ex retorta nihil ampliùs exeat, refrigeratis vaſis, & abrupta retorta, conteratur maſſa contenta, atque in mataracium conijciatur, affuſo ſpiritù vini, ſuper ſalem tartari rectificato, ad eminentiam quinque, aùt ſex digitorum, tunc mataratio aptetur vas circulatorium, optimè lutatum, atque in balnei calore digeſtivo contineatur per horas xxiv., quibus elapſis ſpiritus vini intenſam contrahet rubedinem, tunc per cartham emporeticam traiciatur calidè, poſt ſpiritus per alembicum vitreum evocetur, & evaporet ad ſiccitatem materiæ reſſiduæ, que in pulverem abibit ſubalbidum, huiuſcæ pulveris unc.* I. *immiſceatur uncijs iv. Aquæ pluviæ, quæ mixtura inſoletur per dies aliquot, poſt filtretur, & ſervetur ad uſum.*

CLASSIS NONA

DE OLEIS, ET BALSAMIS.

Oleum Scorpionum Compoſitum Mathioli.

N. I. R. *Olei communis antiqui lib. vj. foliorum Hiperici man. iii, fiat infuſio ſ. a. in vaſe vitreo capaci, poſtea exponatur vas ſolis redijs, ubi fuerit optimè obturatum, per x. vel xij. dies, deindè ponatur vas in bal. mar. per tres dies, & tandèm*

tandèm fervente balneo, coquantur per qaadrantem horæ, postèa colentur, & exprimantur, colatura ponatur rursùs in eodem vase, & in eodem infundè summitatum Camedrios, Calamintę, Cardui bened., & Hipericon an. man. 1., hæc tamèn debent, priùs contundi leviter, antequàm oleo infundantur, deindè reponatur vas intrà balneum per tres dies continvos, factaque levi ebulitione, fiat colatura; rursùs eadem colatura intrà idem vas reponatur, & denuò infundantur florum Hiperici mundatorum, contus: man. iij, & per tres dies macerentur in balneo calido, postèa, facta levi ebulitione, coletur, & exprimatur oleum, in quo rursùs infundantur per tres vices flores Hiperici, & tandèm pòst repetitas infusiones, & levem ebulitionem, facta colatura, ultima colatura, quę rubedinem sanguinis iàm aquisiverit, reponatur denuò intrà idem vas, & eidem infundantur loco florum, granorum Hiperici, semine turgentium, contusorum, & vino albo iroratorum man. iij, Vas interim obturatum solis radijs per octo dies exponatur, postèa vas intrà bal. mar. reponatur, & facta trium dierum maceratione, & levi coctione, coletur oleum, & denuò eidem grana Hiperici, ut suprà, infundantur, quæ infusio per tres, vel quatuor vices est repetenda, donec sanguinis nigrioris intensum colorem aquirat, coletur postèa, & in hac colatura infundantur foliorum Scordei recentis man. 1., Calamintæ, Cardui bened., Verbenæ, Dictami cretici, comarum Centaureę minoris an. man. ß., facta intrà oleum iàm expreßum huiusmodi foliorum, iàm contusorum infusione, ponatur vas optimè clausum per tres dies in bal. tepido, deindè facta rursùs levi ebulitione, cum expressione, colentur, & coIaturæ, rursùs intrà idem vas repositæ, denuò infunde radicum Zedoariæ, Dictami albi, Gentianæ, Tormentillæ, Aristolochię rotundæ an. drach. iij, contusa parum, & vino irorata, contundantur scilicet radices, & vino parùm irorentur, antequàm oleo infundantur, ijsdemque addè foliorum Scordei recentis manip: ij, obturato vase per tres dies in balneo macerentur, postèa buliant per dimidiam horam circiter; facta deindè ebulitione, colentur, & exprimantur, ut suprà, tunc accipiantur tercentum Scorpiones, diebus canicularibus capti, qui in eodem vase reponantur, & vas suprà cineres calidos detineatur, donèc præ calore sudare, & irasci cœperint, & tunc oleum, ex prędictis omnibus expressum, illis superaffundatur, postea vas obturatum

bal-

balneo tepido per horas x x i v. committatur, deindè per duas horas buliat, leviter tamèn, posteà facta colaturu, & expressione, abijciantur scorpiones, cui tandèm colaturæ, & expressioni denuò infundantur Styracis Calamitę, Benzoin an. drach. v j., baccarum Iuniperi drach. i v, Nigellæ drach. i j, Cassiæ odoratæ drach. v i i j., Santalorum alborum, vel citrinorum drach. iv, Schenanti, Cyperi an drach. 1. ſ., Rabarbari electissimi, Myrrhæ electæ, Aloes succotrinæ an. drach. i i i, Spicæ Nardi drach. i j, Croci drach. 1., Theriacæ Venetæ, Mitridati electi an. unc. ſ. dissolvantur omnia, contusis priùs contundendis, & pulverizatis pulverizandis, in prędicto Oleo ex Scorpionibus expreßo, & omnibus intrà consuetum vas repositis, vas optimè obturatum in bal. tepido per tres dies detineatur, posteà, ab igne remoto vase, servetur oleum, & reponatur ad usum, absque ulla colatura.

Oleum Antipleuriticum.

N. 2. *R. Cucurbitas illas oblongas, quas* TROMBONI *vocant, & quæ semina habent, quasi quadrata, accipiantur huiusmodi cucurbitę, quandò iàm ad debitam magnitudinem excreverunt, antequàm duritiem aquisierint, ut scilicèt porosa illarum substantia oleo optimè imbibi, possit; radantur huiusmodi Cucurbitæ totæ ad modum, quo rafani, non autem ad modum pomorum, radantur igitur solum, & auferatur pellicula illa subtilis, qua conteguntur, hoc facto, secentur Cucurbitę per longitudinem fimbriatìm, & abyciatur pulpa alba, nichil enim confert prò usù huius medicamenti. Hoc peracto ponderemtur omnes illę Striæ, seù frustula, quæ excisa sunt è cucurbitis, & sint minutìm incisę, & infundantur in pari quantitate olei olivarum, ęquali pondere scilicèt cum ipsis cucurbitis incisis, coquantur posteà in olla figulina nova, & valida ad ignem carbonum; itaùt*

itaùt frustula cucurbitæ omninò sicca, & arida fiant, postmodùm facta colatura cum forti expressione, reponatur denuò oleum intrà vas, ac interim plura ferri frustula ignita, & candentia sępiùs in ipso oleo extinguantur, animadvertendo, ne oleum flammam concipiat, dùm ignita ferri frustula in ipso extinguuntur, hoc facto habetur oleum antipleuriticum iuxtà descriptionem Reverendissimi Patris Inquisitoris Granaræ, cui uti diximus, debemus huiusmodi remedij cognitionem.

Oleum Magistrale prò Vermibus vulgo dictum *OGLIO D' ABACUCH.*

N. 3. *R. Seminum Colocintidis, radicum Gentianæ, Dictami albi, Centaureę minoris aa. unc. ij, Amigdalarum amararum, Amigdalarum Persicorum, Lupinorum, foliorum Abscinthij romani an. unc. ij, seminum Santonici, cornu Cervi limati, Corallinæ an. drach. vj., Aloes, Felis Tauri an. unc. iv, succi Abscinthij, Limonum, Aurantiorum an. un. viij., radicum Ciclaminis, seminum Brassicæ an. unc. ſ., vini generosi austerì, Aceti acerimi an. lib. ij ſ., olei Abscinthij lib. x.*

contusis contundendis, & incisis incidendis reponantur omnia, simul mixta, in vase terreo capaci, & fiat infusio per duos dies, deindè fiat ebulitio ad consumptionem humiditatis, tunc facta colatura cum forti expressione, eidem colaturæ addantur sequentia.

Olei Laurini unc. viij., olei Petrolei, Spicæ odoratæ an. unc. vj., Picis navalis liquidæ lib. ij. ſ., Croci orientalis pulverizati drach. iij, quæ omnia simul commixta, reponantur in vase, absque colatura, & serventur ad usum.

Oleum de Euforbio simplex.

N. 4. *R. Euforbij pulverizati drach. x., olei commu-*

nis

nis lib. 1., ponatur oleum in vase aneo, & vas suprà prunas ardentes reponatur, itaùt oleum fervorē concipiat, tùnc eidem oleo infundatur Euforbium pulverizatum, quod sanè in istanti dissoluitur, cuius facta dissolutione, removeatur vas ab igne, & oleum coletur, & ad usum servetur.

Addunt nonnulli vinum, sed inutiliter, nam ad dissolutionem Euforbij non est necessaria ebulitio, quæ potiùs detraheret oleo de suis viribus, dissipatis nimirum activioribus Euforbij particulis.

Oleum de Euforbio compositum.

N. 5. *R. Calamintæ montanæ unc. 1. ſ., radicis Costhi drach. x., Pyretri drach. vj., Castorei drach. v., Sapponariæ, Staphidis agriæ an. unc. ſ., trita macerentur per triduum in vini rubri lib. ii, deindè R. Olei communis lib. 1. ſ., in huiusmodi oleo reponantur supradicta, & coquanad ignem in vase optimè clauso, & coctura sit usque ad consumptionem vini, tunc immitte eidem oleo Euforbij subtilissimè triti unc. ſ., & facta levissima coctura, quæ sufficiat ad dißolutionem, removeatur ab igne, & coletur, & colatum serva.*

Linimentum ad defluvium Capillorum.

N. 6. *R. Rosarum siccatarum, Balaustiorum, corticum Granatorum an. drach. ij Olei amigdalarum amararum. unc. iv, vini nigri adstringentis unc. 1. ſ.*
buliant omnia ad consumptionem vini, deindè R. prædicti olei unc. 1. ſ. Laudani, Myrrhæ an. drach. iij, pulveris Capillorum Veneris drach. 1. misce, & fiat linimentum.

Oleum de lateribus, sivè Philosophorum.

N. 7. *R. Ex lateribus antiquis quantumuis, cominue in frustula, & accende super illos ignem carbonum, sine fumo, usque dum candescant, & ruborem aquirant, deindè fru-*

stula

ftula candentia immerge intrà vas plenum oleo antiquo, in quo folia roris marini priùs ebulierint, illaque frustula stent oleo immersa, donec fuerint optimè imbibita; tunc eadem pone intrà capsulas, & permitte exsiccari, exsiccata comminue, & pone in vase destilatorio, extrinsecùs lutato, & vasis orificium lutetur cum orificio recipientis cum luto sapientiæ, & pono in fornace, ubi sint prunæ accensæ, & destilletur oleum igne graduato, & oleum quod destillat repone in vase, quod sit angusti orificij, ut optimè obturari possit.

Oleum vulnerarium perfectissimum, quod vulgò dicitur della Spagnola.

N. 8. R. *Vini albi generosi, olei Olivarum antiqui an. lib. iij, foliorum, & florum Hiperici lib. ſ., Cardui benedicti, Valerianæ, Salviæ an. unc. iv, buliant omnia simul ad consumptionem vini, indè facta colatura, cum forti expressione, in ipsa colatura dissolvantur Terrebentinę clarę Venetę lib. ſ. Olibani electi pulverizati unc. v., Myrrhæ electæ pulverizatæ unc. iij, sanguinis Draconis in lacryma unc. I. stent in infusione solis radijs exposita per x. dies, posteà facta levi ebulitione in bal. mar. f. denuò colatura, quæ servetur ad usum.*

In compositione huiusce Olei reliquis ingredientibus addunt nonnulli frumentum contusum, illudque cum cęteris ingredientibus ebulire, faciunt, quod à nobis non improbatur, si igitur velint Pharmacopei frumentum alijs ingredientibus addere, dosis sit ad unc. VI.

Oleum Principis Bozuli.

N. 9. R. *Lacertas fæminas num. xxiv., Sarcocolæ, Myrrhæ an. unc. I., Olei seminum Lini lib. ij, omnia simul in vase vitreo inclusa solis radijs exponantur per dies xx. diebus Canicularibus, quo facto, coletur oleum, & sit ad usum.*

Diximus, quod arcanum Principis Bozuli erat, quod pòst factam inunctionem, loco affecto, rupto scilicèt, vel relaxato, inspergeretur eidem parti affectæ pulvis adstringens, undè opportuxum duximus, huiusmodi pulverum adstringentium receptam hic tradere.

Pulvis adſtringens prò arcano Principis Bozuli.

N. *R. Boli armeni orientalis, Baccarum Mirthi, terrę ſigillatæ, ſeminum Portulacæ an. drach. ij, ſeminum Plantaginis, Pili leporini uſti, Papiri uſti, Fuliginis an. drach. 1. ſanguinis Draconis in lacryma, Thuris, Aloes, Tragachanti, Gummi arabici an. drach. ſ., miſce.*

Cum fræquens admodùm ſit in morbis acutis, & præſertìm, ubi ſuſpicio ſit de peticulis, unctionis Aetis uſus, ideò illius deſcriptionem hic tradere, opportunum duximus; undè ſit.

Unctio Aetij prò peticulis.

N. 10. *R. Olei Camomellini lib. 1. vini malvatici lib. ſ. Nitri purificati unc. ij. buliant omnia ſimul ad conſumptionem vini, deindè facta colatura, ſervetur ad uſum.*

Ad evitandum ingratum odorem olei Camomelini, oleum Amigdalarum dulcium eidem ſubſtituere poſſumus, quod tamèn tunc ſolummodò fieri, debet, quandò à medico præſcribitur, & tunc in oleo amigdalarum dulcium buliant priùs folia Roris marini.

Olium Caparorum Magiſtrale.

N. 11. *R. Corticis radicum Caparorum, Gemmarum eorundem an. unc. iv, corticis radicum Tamaris, ſumitatum eiuſdem foliorum an. unc. ij, foliorum Rutæ recentium, Cicictæ, Cetrach., ſeminum Agni caſti, flor. Geniſtæ an. unc. 1., radicum Brioniæ, Cyclamin. an. unc. ſ. omnia contuſa, & inciſa infundantur in lib. iij olei commun., additis vini albi, & aceti acerimi an. lib. ſ., omniaque in vaſe terreo vitriato, & optimè clauſo ſuper cineres calidos ſtent in iuſuſione per horas xxiv., poſteà buliant ſ. a. ad conſumptionem vini, & aceti, tandèm coletur oleum.*

Oleum Hyſtric.

N. 12. *R. Hyſtrices pingues num. ij viventes udhùc, ſcindantur in partes, & infundantur in olei communis lib. jv, & additis vini nigri generoſi lìb. ij buliant ſimul in vaſe clauſo uſque ad Hyſtricum cocturam: circa finem cocturæ addantur ſumitatum*

mitatum Hipericon man. iv, completa coctura; ità ut Hystrices sint omnimodè dissoluti, coletur oleum, cum forti expressione, & servetur ad usum.

Hystricum loco, qui apud nos non adeò facilè haberi possunt, accipi poterant duo herenacei, qui & Riccio & Porco spinoso dicuntur;

Notandum, quod Hystrices infundi debent in oleo cum tota pelle, sanguine, & interaneis. Notandum secundò, quod sumitates Hipericon debent esse omnimodè recentes, si possibile sit. Notandum tertiò, quod si perfecta coctura exigat maiorem vini quantitatem, dosis superiùs posita augeri potest; necesse enim est, quod Hystrices sint perfectè consumpti.

Oleum de Carabe destillatum.

N. 13. *R. Succini lib. 1., pulverizetur, & reponatur in retorta, non lutata, quæ sit talis capacitatis, quod possint, duæ eiusdem partes esse vacuæ reposita iàm intrà ipsam Succini libra eidem superaffundantur aquę distillatæ lib. s., & absque ulla materiæ agitatione. ponatur retorta s. a. suprà cineres, in fornace destillatoria iam dispositos, & præparatos, tunc eidem retortę addatur suum recipiens, & in fornace ignis accendatur, postquam tota aqua cum phlegmate Succini destillata fuerit, quod indicatur ex prima apparitione nubecularum albarum in recipiente, tunc recipiens removeri, debet, & proiecto toto illo phlegmate, denuò, & statìm superimponatur recipiens, & lutentur simul orificia, & aucto gradatìm igne, promoveatur distillatio succini s. a., donec totum succinum distillatum fuerit, tunc refrigeratis vasibus recipiens removeatur, & oleum distillatum ad usum servetur, quod si magis activum exigatur, potest per repetitam distillationem rectificari.*

Cum autèm inter distillandum sal volatile ipsius succini ascendat, atque collo retortæ adhæreat, fracta retorta colligi, debet, & ad usum servari.

Balsamum Cinamomi.

N. 14. *R. Tincturam Cinamomi per spiritum vini extractam, & inspissatam ad unc. vi., olei Cinamomi unc. s., olei Nucis muscatę à quo tinctura, & odor per spiritum vini fuerit ablatum unc. 1. misceantur omnia, donec debitam consistentiam aquirant, & habebitur Balsamum Cinamomi.*

Compo-

Compositio huiusce Balsami sit norma, prò componendis reliquis balsamis odoratis.

Balsamum Apostolorum, quod vulgò apud nos dicitur *BALSAMO D' ESTE.*

N. 15. *R. Olibani electi, Aloes Succotrinæ, Myrrhæ electæ, Dictami cretensis, Gentianæ, Cardui benedicti, Croci orientalis, ligni Aloes an. drach. v. s., radicum consolidę maioris, Angelicę Bohemę an. unc. jv, Styracis in lacryma, Balsami Peruviani nigri an. unc. iij s., sumitatum Hiperici exsiccati, una cum floribus, & seminibus unc. 1., & drach. ij, Moschi, & Ambrę grisæ an. gr. ij.*

Hęc omnia simul commixta, contusis priùs contundendis, & incisis incidendis, infundantur in lib. viij. spiritus vini optimè rectificati, & omnia stent in vase vitreo, optimè clauso per xxx. dies solis radijs exposita, vel in hypocausto, vel etiam in fimo equino; posteà colentur omnia, cum forti expressione, & colatura in vase vitreo, optimè clauso, servetur ad usum.

Animadvertant tamen Pharmacopei, quod prò recta huiusce medicamenti pręparatione, debent accipi duo vasa vitrea, quæ sint eiusdem capacitatis, vtrumque scilicèt contineat sex libras liquoris, in unoquoque vase ponendæ sunt libræ iiij spiritus vini summè rectificati, uti diximus, postea in vno vase ponantur balsamum, lacryma styracis, Myrrha, Olibanum, & Aloes, crasso modo, uti diximus priùs contundantur, quę sunt contundenda. In altero vase ponantur reliqua ingredientia, exceptis Moscho, & Ambra, ijsdemque super affundantur pariter librę iv spiritus vini, claudantur posteà optimè vasa, & per xxx. dies, vel solis radijs exponantur, vel in fimo equinoretineantur agitato identidem utroque vase, transactis xxx. diebus colentur omnia cum forti expressione, & simul mixta addito Moscho, & Ambra intrà vas, quod ipsis continendis sufficientem habeat capacitatem, reponantur, & vase optimè clauso serventur ad usum.

Quod superest à colatura, seù remanentia à colatura servetur; inserviunt enim, si aliqua modica portio eiusdem super prunas accensas ponatur ad purgandum aerem, vel in cubiculo clauso, ubi ægri decumbunt, vel alia ratione pravis vaporibus infectum.

Balſamum Samaritanum.

N. 16. R. *Olei communis, Vini generoſi an. partes equales; coquantur ſimul igne lento in vaſe fictili, vitreato, ad vini conſumptionem. Oleum, quod remanet ſervetur ad uſum.*

Hoc balſamum nomine Samaritani, aùt Evangelij donatum fuit, eo quod Samaritanus miſericors, cum obvium habuiſſet quendam, vulneribus varijs confoſſum, & iàm iam moriturum, alio non fuit uſus remedio, quàm hoc ad illum curandum. Placuit hoc Balſamum hic tradere, quia ſimpliciſſimum, cum ſit, & facile parabile, omnibus facile preſtò eſse, poteſt; & quia cum fęlici ſucceſsù uſurpatur in vulnerum ſimplicium, præſertim recentium, curatione. De hoc Balſamo orta fuit annis proximè elapſis controverſia inter doctos viros, & fortaſsè, quamprimùm vulgabitur doctiſſimi viri, & de Chirurgia optimè meriti Opuſculum, exponens huiuſce Balſami dotes, & facultates.

Balſamum vulnerarium Arcei.

N. 17. R. *Sevi Hircini lib. 1., Terebentinæ Venetę, & Gummi Elemi an. unc. viij., Axungiæ porcinę lib. ſ., & fiat ex arte balſamum, hoc eſt. liquefiat priùs ſ. a. Gummi Elemi minutim conciſi, igne moderatiſſimo, addatur poſtea Terebentina, deindè ſeuum hircinum, & tandem axungia porcina, cum omnia optimè fuerint diſsoluta, tranſmittantur per tellam novam, & colatura frigefacta reponatur intra vas, ad uſum.*

Balſamum Hypnoticum, ſeù Soproriferum.

N. 18. R. *Olei Nucis muſcatæ drach. v., medullæ Cervi drach. iij, oleorum Roſarum, Violarum, Ninpheę an. drach. ij, olei expreſſi ex ſeminibus hyoſcijami, & papau: albi an. drach. 1., Unguenti populei unc. ſ., extracti Opij, extracti Croci orientalis an. drach. 1. ſ. Benzuini pulverizati drach. 1. Miſceantur omnia, & ex ijſdem mixtis ſ. a. ſ. balſamum, a cuius compoſitione excluſimus Ambram griſ., moſchum, & Zibetum, quia infenſa potiùs, & incommoda ægris, quam Utilia exiſtimamus illa medicamenta, quorum compoſitionem hæc ingrediuntur.*

Animad-

Animadvertendum, quod extracta Opij, & Croci cum tantillo ſpiritus vini optimè ſunt diluenda, ac indè paulatìm moderatiſſimo igne adhibito, oleo Nucis muſcatæ immiſcenda, medullæ Cervinæ, & Unguento populeo, tandèm olea ſunt adijcienda, & Benzuin, omniaque ad balſami conſiſtentiam ſunt reducenda.

Animadvertant tandèm Pharmacopei, quod medullę Cervinæ deficienti, medulla crurum Vituli ſubſtitui, poteſt.

Balſamum Apopleticum.

N. 19. *R. Olei nucis moſcatæ unc. ij, ſtyracis Calamitæ in lacryma drach. iv, oleorum deſtillat: Roris marini, Salvię, lavendulæ, Maioranæ an. drach. ij, olei deſtillati ex ligno Rhodio, & ex Roſis an. drach. 1., balſami peruviani drach. ij, oleorum Cariophilorum, & Cinamomi deſtillatorum an. ſcrup. 1. miſceantur omnia, & reducantur ad conſiſtentiam balſami, addito etiam, ſi opus ſit cerę modico.*

Diximus addito, ſi opus ſit, ceræ modico, neque enim timenda adeò mihi videtur nimia tenacitas ex ceræ admixtione in balſamis, quandò quotidiè videmus mantecam, vulgò dictam, præparari cum oleo amigdalarum dulcium, & cera, & tamèn nulla in ipſa tenacitas occurrit, quæ nocua ſit, & minùs conveniens, quemadmodùm vidimus, à nonnullis timeri.

Nos in compoſitione huiuſce balſami omiſimus pariter Ambram, moſchum, & Zibetum, quia illorum odore potiùs lædi, quàm iuvari apopleticos arbitramur; minima enim illa effluvia, quæ ex odoratis hiſce corporibus continuò emanant, infenſa eſse cerebro, ſpiritibus, & ſyſtemati nervoſo, obuio undique conſtat experimento, & præſertim hoc docent convulſiones hiſtericę, quæ fæminis contingunt, ubi Chirotechæ, & alia huiuſmodi, illorum odore infecta, ijſdem offerantur.

Invalvit uſus immiſcendi Ambram, Moſchum, & Zibetum, balſamis apopleticis, vi fragrantiæ gratia comendabilia evaderent, vel quia putabant per hæc aeris inquinamentis, & fętidis vaporibus obſiſti, poſſe, ſed hoc meliùs conſequi poterit ex alijs rebus odoratis, ijſdem balſamis immixtis, utpotè nullo modo infenſis, quin' immò ſyſtemmati nervoſo, & ſpiri-

ſpiritibus animalibus reſtaurandis, ac roborandis plurimùm utilibus, atque proficuis.

Balſamum Sulphuris Rolandi.

N. 20. R. *Florum ſulphuris puriſſimi unc.* 1., *Olei Nucum iuglandium diligenter ex nucibus mundatis, & electis, iam antea expreſſi unc. iv, digerantur in cineribus calentibus, donec ſulphur ſolvatur, & oleum rubicundum appareat, quod oleum rubicundum, eſt balſamum ſulphuris.*

Hic animadvertant Pharmacopei, quod flores ſulphuris debent ſaltem per tres vices ſublimari, pręterea, quod inutile ſumus arbitrati, vinum huic præpara ioni addere, quod faciunt nonnulli; etenim facilè ſolvuntur flores abſque vini additione; ulteriùs in longa il a ebulitione, quæ eſt neceſsaria prò conſumptione vini, facilè avolant, ac diſperduntur activiores florum ſulphuris particulæ.

BALSAMVM PREVOTIJ

Iuxtà deſcriptionem aucthoris.

N. 21. R. *Radicum Geranij, vulgò dicti PIE' COLOMBINO, Ireos florentinæ an drach. iij, Elebori nigri preparati drach.* 1. *ſ., Frumenti manip.* 1. *Contuſis contundendis, & inciſis incidendis infundantur omnia in lib.* 1. *vini generoſi per horas xxiv., poſteà additis olei hiperici compoſiti, Myrthini an. an. unc. iij, bulliant omnia ſimul lento igne ad conſumptionem vini, & fiat colatura cum forti expreſſione, cui addantur bituminis iudaici ſubtiliter pulverizati, balſami pervviani nigri an. unc.* 1., *& omnia ſimul commixta agitentur, ut probè confundantur; deindè in vaſe repoſita ſervetur ad uſum.*

Balſamum Innocentij XI.

N. 22. R. *Spiritus vini lib. iv, infundantur in duobus vaſibus, quorum unumquodque ſit capax continere ultra duas libras, infundantur ſcilicèt duæ libræ ſpiritus vini in unoquoque vaſe; in primo vaſe infundantur flores Hipericon recentes, ſi*

 haberi,

haberi, possint, alioquin sicci ad unc. I., radicis Angelicæ, Aristolochiæ longę, Aristolochiæ rotundæ, santalorum citrinorum an. unc. I., deindè reponatur vas, & stent infusa per dies xx., solis radijs exposita, tempore ęstivo, posteà in altero vase infundantur Masticis electi, Myrrhę electæ, Thuris in lacryma an. unc. I., Aloes succotrinæ an. ij, Styracis in lacryma unc. ʃ., balsami pervuiani unc. iij. stent & ipsa in vase optimè clauso solis radiis exposita tempore æstivo per xx. dies, posteà facta utriusque liquoris colatura, cum forti expressione, simul misceantur, & denuò vas optimè clausum exponatur solis radijs per decem dies, repositoque vase, balsamum servetur ad usum.

Animadvertant Pharmacopei, quod vasa dumsunt exposita solis radijs, debent identidèm agitari.

CLASSIS DECIMA

DE UNGVENTIS, EMPLASTRIS, ET CERATIS

Ceratum Barbarum.

N. I. R. *Picis navalis liquidæ, Resinę Pini, Colophonię, Ceræ flavæ an. unc. vj. Omnia simul ad ignem liquefiant, deindè seorsim reponantur, interim.*

R. Olei olivarum unc. iiij, Litargirij aurei drach. v. Cerusæ, viridis Æris an. drach. ij. ʃ. coquantur omnia ʃ. a. ad coctūram cerati molioris, & ipsis misceantur ea, quæ fuerunt superiùs liquata, & reposita, ac ijs simul mixtis, ac optimè confusis, addantur Bituminis iudaci pulverizati unc. vj., & f. ʃ. a. Ceratum.

Ceratum prò Erniosis Norimbergensium.

N. 2. R. *Ceræ optimæ flavę unc. vj., Resinæ unc. ij, olei rosati unc. iij, Mirthini, Masticbini an. unc. I. Omnia simul dissoluantur ad ignem, & probè misceantur, ac interim in ipsis infundantur lapidis Ematitis, sanguinis Draconis in lacryma, Boli armenæ orientalis an. drach. vi., Rosarum rubr., Balaustiorum, Aloes optimę, Tragachanti, Gummi arabici, succini, Thuris, Mumię, Masliches an. drach. iiii, omnibus simul probè commixtis, fiat ʃ. a. ceratum.*

Lapis

Lapis Ematitis, Bollus, ac succinum reducantur in subtilissimum pulverem supra porfidum; gumma arabica, & Tragachantum pulverizetur in mortario calefacto, & in altero mortario, cuius fundum unctum sit; pulverizentur sanguis Draconis, Mumia, Thus, Aloes, & Mastiches; ita pariter seorsim pulverizentur Rosæ, & Balaustia, omniaque simul successivè misceantur cum oleis, cera, & resina, iam liquefactis.

CERATUM EX PELE ARIETINA

Arnoldi de Villa nova.

N. 3. R. *Litargirii, Lapidis Ematitis, Sanguinis Draconis in lacryma, Bolli armenæ orientalis, Opii, Mastiches, Amoniaci, Mumiæ, Galbani, Thuris, Costi, Lumbricorum terrestrium an. drach. ſ. Picis nigrę, Colophoniæ, Ceræ albę an. unc. i i, radicum Consolidæ maioris, & minoris an. drach. i i i, Rosarum rubr., Myrrhę, Aloes an. drach. I. ſ., succi hypocistidis, Gallarum immaturatarum, Balaustiorum, Aristolochię rotundę an. drach. v i., Terebentinæ unc. i i, Visci unc. i i, sanguinis Svili unc. v i i i., ex his omnibus conficiatur emplastrum, hoc modo.*

Decoquatur pelis arietina in frusta secta, donec tota dissolvatur, fiatque gluten, cuius accipe lib. I. panno colatum, eidemque adde Viscum, prunis in stannea Sartagine dißolutum, & assiduè spatula agitentur; interim iis repositis, seorsim, accipiantur Cera, Colophonia, & Pix, ac liquentur ad ignem, reducanturque ad formam unguenti, cui ſ. a. misceantur gummata vino dissoluta, cum Terebentina priùs simul benè commixta, tandèm sanguis, & lumbrici vino loti, atque seorsim cocti, ac pistillo calidiusculo agitati; hęc omnia posteà cum glutine, & visco, iàm repositis, probè misceantur, & additis pulveribus fiat ſ. a. ceratum.

Ceratum ex pelle Anguillę.

N. 4. R. *Pelles Anguillarum, non salitas, sed in aqua calcis lotas, quantum satis, coque in lixivio, donèc dissolvantur, & crascescant instar glutinis, itèm R. huius glutinis traiecti unc. i v, vasi fictili vitreato immittantur, postea iisdem addantur ſ. a. gummi Amoniaci aceto soluti, & cocti unc. i i j, lapidis Ematitis pręparati, plumbi usti, Sachari saturni an. drach. i i j,*

 Myrrhę

Myrrhæ electæ subtilissimè pulverizatę drach. ii. Hęc omnia simul mixta spatula lignea multum agitentur, donec aquirant consistentiam cerati, & reponantur.

Ceratum ad Ernias Paracelsi.

N. 5. *R. Olei olivarum lib. ii, ceræ flavæ unc. vi, Litargirii aurei lib. 1. s. Ex his s. a. lento igne fiat Ceratum, quod seorsim servetur interim.*

R. Gummi Galbani, Opoponacis an. un. 1., Amoniaci, & Bdelii an. unc. ii, solvantur sufficienti quantitate aceti acerimi, colentur, indè coquantur lento igne, ac cum supradicto cerato optimè misceantur s. a., tandèm iisdem, dum adhùc sunt soluta, & liquefacta, ab igne tamèn remota, addantur Terebentinæ Venetę unc. iv, olei Laurini unc. 1., pulveris Aristolochię rotundæ, dictæ longæ, lapidis Calaminaris, Myrrhę, Thuris an. unc. 1., & omnibus simul probè commixtis, fiat s. a. ceratum.

Ceratum prò fracturis Ioannis de Vigo.

N. 6. *R. Radicum, & foliorum fraxini, Consolidæ maioris, baccarum, & foliorum Myrthi, foliorum Salicis an. man. 1. Contusa omnia coquantur igne lento, ad dimidiæ partis consumptionem, in aqua extinctionis Fabrorum, & vini nigri austeri an. lib ij, & additis olei rosati, & Myrrthini an. lib. 1. colentur, & exprimantur, deindè*

R. Mucilaginis radicum Altheę lib. iv, Litagirij aurei, & argenti an. unc. viij., minij unc. ij, buliant lento igne, & coquantur ad consistentiam cerati; postea priùsquam frigescant, addantur sevi hircini lib. 1., & Terebentinę unc. iv, deindè ipsis, probè permixtis, ultimò adde Boli armenæ, Terræ sigillatæ, Olibani, Myrrhæ, & Mastiches an. unc. iij, & f. s. a. ceratum.

Emplastrum ad retinendum fætum.

N. 7. *R. Radicum Consolidæ maioris, Rosarum rubrarum, Balaustiorum, seminum sumach. an. unc. ii, baccarum cupressi, Myrthi, santalorum rubror., & Citrinorum an. unc. 1. s., sanguinis Draconis, boli armenæ, Mastiches, Thuris an. unc. ii,*

radi-

radicum Bistortæ, Tormentillæ an. unc. 1. ſ., pulverizentur omnia ſubtiliſſimè, & reponantur, item.

R. Galbani unc. ii, aceto diſsoluatur, & coquatur, deindè miſceatur ſ. a. cum Terebentinę purę unc. v., Acatię pulverizatæ, vel ſolutæ unc. 1. ſ., & pariter ſimul commixta ſerventur; deindè rursùs

R. Reſinæ Pini, Colophonię an. lib. 1. Olei Myrthini unc. iii, Terebentinæ unc. x. Iterum ſolvantur ad ignem, colentur, & poſtea addatur mixtura ex Galbano, Terebentina, & Acatia, quę pariter optimè miſceantur, omnibuſque probè mixtis addantur pulveres iàm præparati, & repoſiti, & f. ſ. a. ceratum.

Omiſimus in compoſitione huiuſce cerati cornu Cervi, Terram ſigillatam, & Corallia rubra, quia extrinſecus applicata nullius prorsùs uſus eſſe, hęc arbitramur, maximè in tanta ingredientium copia, quæ maiori vi adſtrictiva, & corroborativa pollent.

Ceratum ſtypticum Crollij.

N. 8. R. *Minij, & Petræ Calaminaris an. lib. ſ., Litargirij aurei, & argentei an. unc. iij, olei Lini, olivarum an. lib. 1. ſ., laurini lib. ſ., Cerę, Colophoniæ an. lib. 1., Vernicis, Terebentinæ an. lib. ſ., Opoponacis, Galbani, Serapini, Amoniaci, Bdelij an. unc. iii, Carabe citrini, Olibani, Myrrhę alexandrinę, Aloè Epatices, Ariſtolochiæ utriuſque an unc. 1., Mumię tranſmarinę, Magnetis, Ematitis an. unc. 1. ſ., ſanguinis Draconis, Vitrioli albi an. unc. 1., florum Antimonij, Croci Martis an. drach. ij. Gummata quinque in aceto macerata per linteum craſſum exprimantur, deindè coquantur ad conſiſtentiam, & ſpiſſitudinem mediocrem, quibus tamem, & Terebentina ſ. a. uniri, debet, poſteà reponantur, ac interìm oleum lini, & olivarum imponantur ſartagine, & addito litargirio aureo, & argenteo, coquantur, eadem agitando, donèc oleum coloretur, poſteà addatur lapis calaminaris, & Minium, & proſequatur coctura uſque ad conſiſtentiam cerati. Circà finem cocturæ tandem addatur vernix, oleum laurinum, Colophonia, & cera. Omnibus benè ad invicem commixtis, & liquefactis, poſthæc removeantur omnia ab igne, & interìm, redditù facto ad ſartaginem, in qua gummata diſſoluta fuerunt repoſita, unà cum Terebentina, paulatìm ſartago calefiat, & eiſdem affundatur*

cera-

ceratum, iàm in secunda sartagine præparatum, quod molle debet esse, mediocris consistentię scilicèt; conserventur hęc super levissimum ignem, cavendo ne buliant, facta igitur exacta mixtione illorum, addantur pulveres, iam præparati, & ultimo loco Camphora ressoluta in oleo iuniperino, omnia tandem simul per horam agitentur, & manibus malaxentur, inunctis manibus oleo Camomelino, & f. s. a. ceratum.

Ceratum de Ranis cum Mercurio.

N. 9. *R. Ranas viventes num. vj, Lumbricorum terrestrium purgator: unc. ij, radicum Ebuli, Enulæ Campanæ an unc. 1. s., foliorum Matricariæ, florum schenantis, Sthecades arabicę an. mam. s. (Sthecades dicitur nonnullis arabica, quia olim ex Arabia ad nos afferebatur.) Coquantur omnia ex arte, lento igne; in vini austeri lib. ij ad consumptionem tertię partis, colentur, & exprimantur, deindè.*

R. Litargirij aurei lib. 1., pinguedinis Porci, & vituli an. lib. s., olei Camomilini, anetini, liliorum albor:, laurini, & de Spica an. unc. iij. Misceantur, & cum decoctione iàm præparata, coquantur s. a. ad soliditatem Cerati, cui adde cerę citrinæ liquatæ lib. s., Terebentinæ unc. ij, styracis liquidæ unc. ij, axungiæ Viperinæ unc. ij, omnibusque solutis, & simul probè commixtis, priùsquam refrigerentur, admisceantur pulveris Olibani unc. 1. s., Euforbij pulverizati drach. vj., Croci unc. s., Mercurij vivi, quod extinguatur, uti iàm nos superiùs diximus, unc. vi., & omnibus simul benè commixtis fiat s. a. ceratum.

Animadvertant Pharmacopei, quod quandoque exigitur à nonnullis duplicata dosis mercurij in hoc cerato; ideò possent, dum componunt hoc ceratum duas partes eiusdem pręparare cum dosi simplici mercurij, & alteram ex tribus partibus cum duplicata dosi mercurij, itàut habeant hoc ceratum duplicis præparationis, in quarum una sit dosis simplex mercurij, in altera verò duplicata.

Ceratum Viperinum.

N. 10. *R. Pinguedinis Viperæ unc. iii, Unguenti populeonis lib.*

lib. 1. ſ. , littargirii unc. iv , Picis Grecæ unc. , vi . , cerę albæ unc. iv. Coquantur ſimul Pinguedo viperina, unguentum,& lithargyrium ad conſiſtentiam cerati, cui addantur ſ. a. cera alba, Pix greca ,& ultimo loco minium ad unc.1., & ſpina Viperina unc. 1. ſ.

Ceratum prò Splene.

N. 11. R. *Gummi Amoniaci electi unc. iii , ſucci radicum Ciclaminis , & foliorum Nicotianæ, ac Cicutę an. unc. 1. ſ. coquatur Amoniacum in ipſis ſuccis , & reducatur ad conſiſtentiam cerati .*

UNGUENTUM ALBUM,

ſeù de Cerusa ſimplex .

N. 12. R. *Olei roſati lib.1., Ceræ albæ unc. iii , liquentur ſimul ad ignem , poſteà vaſe ab igne remoto , adde Ceruſæ Venetæ in pulverem redactæ lib. ſ. , & f. ſ. a. Unguentum , quod quandòque petunt non nulli campboratum , fit autèm comphoratum , addita eidem Unguentò Camphora , drach. 1. ſcilicèt prò unaquaque libra unguenti .*

Duo hic adnotare licet , & primò , quod in compoſitione huiuſce unguenti meliùs eſt , diſſoluere Ceruſam cum portione olei roſati ſupradicti , illamque ſolutam oleo roſato , & ceræ iàm liquatæ , iàm que ſimul commixtis , admiſcere, factaque mixtione, omnia ſimul piſtillo ligneo ſemper agitare , donec aquirant conſiſtentiam unguenti .

Secundò quod Camphoram , ſi libeat , addere , hęc pariter liquari , debet in olei aliqua portiuncula , & ſic liquefacta , Unguento iàm refrigerato immiſcenda .

Unguentum digeſtiuum commune .

N. 13. R. *Olei roſati , Terebentinę Venetæ an. lib. 1. , ceræ albę lib. ſ. , liquentur ſimul ad ignem ſ. a. , & f. Unguentum , quod poſteà ſępiùs lavari debet .*

Hoc Unguentum digeſtivum communiter præparare, debent Pharmacopei ; quod ſi Chirurgi in aliquibus caſibus exigant digeſtivum aliter , & alio modo præparatum , illud præparent iuxtà receptas ab ijſdem traditas .

Hoc

Hoc modo pariter præparari debet Unguentum refrigerans Galeni, circà cuius preparationem illud solummodò est animadvertendum, quod sępiùs aqua frigidissima est abluendum; quo enim sępiùs aqua abluitur, & aqua frigidiori, magis refrigerans medicamentum evadit; absoluta Unguenti lotura, eidem immisceri, debet aceti sufficiens portio, augendæ penetrationis gratia.

UNGVENTVM APOSTOLORVM,

seù Dodecapharmacum.

N. 14. *R. Ceræ flavæ unc. iv, Resinę, Terebentinę, gummi Amoniaci an. unc.* 1., *& drach. vi., Litargirii aurei unc.* 1., *& drach.* 1., *Bdelii drach. vi., Olibani, Aristolochię rotundæ an. drach. vi., Myrrhæ Galbani an. unc. ſ., Opoponacis, Viridis Æris an. drach. ii, olei communis lib. ii.*

Ex his omnibus componi, debet, unguentum, tali pacto.

Primò accipiatur olei lib. 1., *in qua litargirium coquatur, itàut reducantur ad formam molioris cerati, & serventur, secundò accipiatur altera olei lib., & in ipsa solvantur cera citrina, ac resina, reductaque ad formam ungenti, reponantur; iterum accipiantur Amoniacus, Bdelium, Galbanum, & Opoponax, & aceto dissoluta colentur, & coquantur lento igne, postremò his addatur Terebentina, quo facto ad ignem lentum simul misceantur, atque incorporentur ceratum, unguentum, & gummata soluta s. a., ijsdemque commixtis, ac interìm ab igne remotis, atque solummodò levitur tepentibus, addantur sequentia optimè pulverizata, nimirùm Olibanum, Aristolochia rotunda, Myrrha, & viride Æs, & f. s. a. Unguentum.*

Unguentum de Althea compositum.

Prò componendo unguento de Althea composito priùs debet præparari unguentum de Althea simplex, quod præparatur tali modo.

N. 15. *R. Radicum Altheę recentium, mundatarum, & minutìm incisarum unc. vj. seminum integrorum lini, & fænú greci, laminarum Scyllæ cultro ligneo, vel osseo minutìm incisarum an. unc. jv, aquæ fontanæ lib. viij. Macerentur omnia simul,*

super

super modicum ignem per horas xxjv. spatula lignea sępè agitando, postea lento pariter igne coquantur, donec mucilaginis densioris gradum coctione, & agitatione aquisiverint, tunc fiat colatura, cum forti expressione, & cum ipsa colatura misceantur olei communis lib. iv, lento igne denuò coquantur ad totius humiditatis consumptionem, colentur iterùm, & in colato oleo liquefiant ceræ flavæ lib. I., Colophoniæ, Resinę an. lib. ſ. Terebentinæ unc. ii, colentur denuò, & reducantur ad formam unguenti, & habebitur unguentum de althea simplex.

Quod si eidem unguento, anteguàm omnimodè refrigeretur, addantur Galbani puri aceto soluti, colati, & cocti s. a. unc. ij, gummi Hederę pulverizati unc. ij, habebitur unguentum de althea compositum, in quo casù Terebentina Veneta non debet misceri cum unguento, uti diximus, sed debet uniri cum Galbano, & simul sociata cum unguento misceri, addito postea, ultimo loco, gummi Hederæ pulverizato.

Unguentum Populneum.

N. 16. *R. Gemmarum populi nigræ contusarum lib. I. ſ., axungię porcinę lib. jv simul permixta vase fictili, vitreato, excipiantur, coopertoque vase in cella vinaria ad Maium, vel Iunium usque mensem detineantur, balneo postea ferventi committantur, atque eidem permisceantur foliorum contusorum Violarię, umbilici Veneris, Papaveris nigri, Mandragorę, Hiosciami, Solani, Lactucę, sempervivi maioris, & minoris, Bardanæ maioris, sumitatum Rubi an. unc. jv, omnia, addita vini albi lib. I., simul in eodem vase coquantur, ad totius ferè humiditatis consumptionem, postea colentur, & exprimantur, purumque unguentum prò usù servetur.*

Notent Pharmacopei, quod varietas tempestatum, quæ attendenda est prò colectione simplicium, quæ huiusce Unguenti compositionem ingrediuntur, in causa est, quod manum operi ad minimùm bis admovere, necesse sit; quandò enim oculi populi errumpunt, sola Violarię folia obvia sunt; undè attendendùm est, tempus opportunum prò aliorum colectione, gemmæ, populi colligi debent, cum deiscere incipiunt, ac foliorum cacumina errumpere, ijsdem contusis posteà in mortario marmoreo, & in vase fictili vitreato repositis, sen-

sìm liquefacta axungia affundi, debet, & igne moderatissimo ritè commisceri, ac indè vas in cella vinaria reponi.

Brasavolus noster, quem alij docti viri sequuntur, prætendit populi gemmas, frigefactiva facultate nequaquàm prędicas esse, sed potiùs calefactiva; undè parum congruè videntur eidem posita prò basi medicamenti, quod vi refrigerandi prędictum prætenditur, at quidquid sit de frigiditate, vel caliditate gemmarum populi, non debent excludi ab hoc vnguento, nequè vnguentum è Cathalogo refrigerantium est expungendum, quando tot alia, quæ illud ingrediuntur simplicia medicamenta, refrigerativa facultate manifestè prædita sunt; undè aliquam caliditatem gemmarum populi, possunt corrigere, & emendare, si aliqua esset.

UNGVENTVM SAMBUCINUM,

seù ad ambusta.

Num. 17. R. *Primò succi expressi ex folijs, & floribus Sambuci, quantum sufficit, inspissetur ad ignem, & reducatur ad formam extracti, & reponatur, deindè. R. florum recentium Sambuci, corticum medianarum eiusdem recentium an. unc. ij, & contusa immergantur in olei rosati unc. viij, macerentur in alembico per xij., vel xv. dies; postea facta una, vel altera ebullitione, colentur, & fortiter exprimantur, in expresso liquescant leniter ceræ flavæ, & novæ unc. ij, ac cum ferè refrixerint, admisceantur Vitella ovorum tria, vel quatuor, priùs tamèn agitata, & diù conquassata, tandèm accipiatur extractum iam preparatum, & eiusdem unc. 1. cum reliquis misceatur, & f. unguentum.*

Unguentum ad Scabiem.

N. 18. R. *Pomatæ unc. ij, Styracis liquidę unc. ſ., litargirij argentei unc. ſ., Salis communis drach. ij. Misceantur simul omnia, & addito succo limonum, quantum satis f. ſ. a. Unguentum.*

Aliud Unguentum ad Scabiem.

N. 19. R. *Styracis liquidæ unc. 1., Terebentinæ lotæ butyri*

tyri loti an. unc. ij, ſucci limonum unc. 1. ſ., Sulphuris pulverizati un. 1., ſalis unc. ij, miſce, & f. ſ. a. unguentum.

Facilioris adhùc preparationis eſt, & non minoris efficatiæ alterum hoc.

Aliud Unguentum prò Scabie.

N. 20. R. *Unguenti roſacei, Butyri recentis an. unc. ij, Sulphuris vivi pulverizati unc. ſ. Olei tartari per deliquium q. ſ., & fiat unguentum.*

Unguentum Ægyptiacum.

N. 21. R. *Eruginis Æris unc. x. Aceti acerrimi unc. xiv., mellis optimi unc. xxviij. Erugo contuſa aceto diluatur, per ſetaceum traiciatur, & igne lento ad unguenti molioris conſiſtentiam cum melle coquatur, animadvertant hic Pharmacopei, quod dùm viride Æs contunditur, ex ipſo exurgit polen, quod oculos, & nares ſubiens, intolerabilem in illis ardorem excitat; meliùs eſt igitur, quod viride Æs vaſi cupreo infundatur, deindè vaſe igni moderatiſſimo impoſito ſuperaffundantur aceti acerrimi unc. xiv., & ſimul omnia piſtillo ligneo diſſoluantur, & conterantur, quo facto per cribrum ſetaceum tranſmittantur, quod tranſmittitur cum melle poſteà lentiſſimo igne coquatur, per vices interìm movendo, donèc ad formam, uti diximus molioris Unguenti reducantur omnia.*

Unguentum Spleneticum.

N. 22. R. *Succi radicis Brioniæ, Ciclaminis, Cicutæ an. unc. ij, in ipſis ad ignem poſitis diſſolvatur gummi Amoniaci, Bdellii an. unc. 1. ſ., & coquantur, ac reponantur, poſteà R. Olei amigdalarum amararum, caparorum an. unc. ij, ad ignem ponantur, & poſtquàm fuerint calefacta, addatur ceræ novæ unc. 1., diſſolvantur, ac reducantur omnia ad formam Unguenti, cui immiſcenda gummata iàm in ſuccis ſoluta, & tandèm corticis caparorum, Tamariſci an. unc. ſ., Fraxini drach. vj., Foliorum ſiccator: Cetrac., ſumitatum Centaureę minoris an. unc. ſ., ſeminum Cimini aceto macerati, & iterum exſiccati drach. ij, quæ omnia tamèn debent priùs ſubtiliſſimè pulverizari, antequàm unguento, & gummatibus miſceantur.*

Ceratum de Cicuta Hildani.

N. 23. R. *Gummę Amoniaci leviter contusæ unc. v. ponatur in vase vitreo, vel fictili vitreato, & superaffundantur succi Cicutæ, & aceti scilitici an. partes equales, itaut succus, & acetum supereminea nt gummati tres, vel quatuor digitos, & stent in maceratione per octiduum, interim R. Foliorum de Cicuta recentium, & succosorum, minutìm incisorum manip. i i j, olei amigdalarum dulcium unc. iii. Simul mixta coquantur lentissimo igne ad consumptionem succi, indè . colatura, cum expressione, in qua colatura dissolvendę sunt ceræ flavæ unc. i i, quæ omnia seorsìm reponenda, ac interìm reassumendum gumma Amoniaci aceto scilitico, & succo Cicutę dissolutum, & igne dissolvendum, factaque solutione fiat colatura, quæ colatura coqui, debet, ad consistentiam cerati, cui uniantur s. a. Cera, et oleum amigdalarum dulcium iam reposita, et f. s. a. ceratum.*

Ceratum Diaforeticum Minsicht.

N. 24. R. *Ceræ flavæ unc. xi., Colophoniæ, Bdelii an. unc. i v, succini Citrini pulverizati unc. i i i, gummi Amoniaci in aceto soluti, Terebentinæ albę an. unc. i i, Galbani aceto dissoluti, Sandracæ scriptorum an. unc. 1., Mastichas, Thuris pulverizatorum an. unc. s. Ex omnibus s. a. fiat ceratum.*

Ceratum Oxycroceon Nicolai.

N. 25. R. *Ceræ, Picis, Colophoniæ, Croci orientalis an. unc. i v, Terebentinę, clarę, Galbani, Amoniaci, Myrrhe, Thuris, Mastiches an. unc. 1. s. Galbanum, et Amoniacum in sufficienti quantitate aceti acerrimi solvantur, et ad lentorem coquantur, donec acetum evanuerit, tunc addantur, liquefacta priùs simul, Cera, Pix, Colophonia, et Terebentina; postquàm autèm fuerint omnia benè commixta, inspergito Myrrham, Thus, et Masticben subtilissimè trìta, et ultimò Crocum tenuissimum, et f. s. a. ceratum.*

Ceratum Sthommaticum.

N. 26. R. *Gummi Tachamachæ unc. 11., Laudani puri, Benzoin, Stiracis liquidę, Mastiches an. unc. 1., Cariophilorum, Cina-*

Cinamomi, Nucis muſcatæ an. drach. ii, et cum Terebentinæ ſufficienti quantitate f. ſ. a. ceratum.

Ceratum Iſchiadicum Comitis Sanvitalis.

N. 27. R. *Picis navalis depuratæ unc. vj., ceræ flavę unc. iij, Terebentinæ Venetæ unc. 1. ſ. miſceantur, & ad ignem ſolvantur, & priùſquam frigeſiant, ipsis miſceantur ſulphuris vivi, pulverizati unc. iv; olei de lateribus deſtillati drach. ij, & reducantur ad formam cerati.*

Emplaſtrum de Bachis Lauri.

N. 28. R. *Baccarum Lauri pulverizatarum unc. ij, Coſti, Cyperorum an. unc. ſ., Thuris, Maſtiches, Myrrhę an. unc. x., pulverizentur omnia, uti ſuperiùs dictum fuit, & cum melle deſpumato f. ſ. a. emplaſtrum.*

Emplaſtrum de palmulis Galeni.

N. 29. R. *Palmulas Galeni, Dactylos ſcilicèt pingues, ſuccoſos, & exoſſatos, in ea quantitate, ex qua haberi poſſit pulpæ illorum traiectæ, út mox dicetur, lib. 1., Maſtiches, Aloes hepat. an. unc. 1., Croci orientalis drach. 1. farinæ ordei per ſetaceum traiectæ unc. iv. olei Amigdalarum dulcium, in quo Maſtiches ad unc. 1. ex arte ſolutus fuerit unc. vj. facta priùs coctione Dactylorum in ſufficienti quantitate vini auſteri, ipſiſque per ſetaceum traiectis, pulpæ traiectæ lib. 1. diſſoluatur oleo Amigdalarum dulcium ſuprà præparato, & addita poſteà farina ordei, ac indè reliquis ingredientibus optimè pulverizatis f. ſ. a. emplaſtrum.*

Emplaſtrum prò Splene.

N. 30. R. *Foliorum Verbenę recentis, & ſuccoſę manip. ij, contundantur in mortario marmoreo, et cum albuminibus ovorum nu. ij., Farinæ ordei rec. q. ſ. fiat ſ. a. emplaſtrum.*

Veſcicantium formulæ diverſæ ex Saxonia lib. 3. c. 55.

Veſci-

Vescicans sinè Cantaridibus ad evitandum, in quibus timetur, urinæ ardorem, & vesicæ exulcerationem.

N. 31. *R. Synapis præparati cum decoctione Caricarum, ùt Oribasius docuit drach. ij, Euforbij drach. 1., Caricarum prę-parat: drach. iij, misceantur, & cum aqua vitæ fiat pasta.*

Ceratum, si placeat, & tali modo pręparatur.

N. 32. *R. Synapis, Nitri an. drach. 1. ſ., Euforbij, Tap-siæ an. drach. ij, dißolvantur gummata cum aceto scilitico, quibus dissolutis, addatur synapis, & nitrum, & cum modica cera fiat ceratum.*

Vescicans cum Cantharidibus.

N. 33. *R. Cantharid. præparat: drach. iij, Synapis, Euforbii an. drach. 1., Semin' Ameos drach. ſ. nè lædatur vessica, fermenti acris drach. ii Aceti scilitici q. ſ., misce, & f. pasta prò uno vessicante, prò duobus duplicetur, prædicta pasta, extendatur super alutam, & fiant more consueto duo vessicantia circum quæ disponantur Margines cum Cerato Diapalma, vel Diachilon.*

Aliúd Ceratum.

N. 34. *R. Cantharid. præparat: drach. ii, Synapis, Euforbii an. drach. 1., Ceræ, Resinæ an. q. ſ., aùt Picis, m. & f. ceratum.*

Ceratum Capitale Montagnanæ.

N. 35. *R. Laudani, Gummæ elemi, Vernicis solidę, Thuris, Styracis liquidi, Styracis Calamitę an. part. ęq.*

Liquantur priùs simul Laudanum, & gumma elemi, additis aliquot guttulis olei Myrthini, miscentur postèa cum utroque styrace, pariter liquatis, tandem addito Thure, & Vernice reducantur ad formam cerati; quod si Laudanum sit aridum, & siccum, adeoùt in pulverem reduci possit, in pulverem est reducendum, & reliquis immiscendum, & omnia ad formam cerati reducenda.

CLASSIS

CLASSIS UNDECIMA

DE CONSERVIS.

Conserva Rosarum.

N. 1. *Prò componenda Conserva Rosarum accipiantur Rosæ rubrę, recentes, suo succo turgidæ, & quæ addùc suum odorem spirent, huiusmodi rosę à calicibus liberentur, & folia, iàm à calice liberata, exungulentur, posteà folia sic pręparata ad pondus lib. 1. V. G. linteo rariori includantur, vel tota simul folia, vel per partes, & per aquam ferventem celerrimè transmittantur, itàut aqua viridi tinctura tantum saturetur, non autèm rubra. Hoc facto, folia simul unita in mortario marmoreo, pistillo ligneo minutim s. a. contundantur, ac interim accipiantur sachari albi perfectissimi lib. iij, hoc sacharum aqua communi clarificetur ad ignem, & coquatur ad cocturam, quasi manus Christi, tunc accipiantur rosæ jam contusę, & eidem sacharo immisceantur, factaque levissima ebulitione, semper spatula lignea agitando, removeantur ab igne, & reponantur in suis vasibus.*

Animadvertant Pharmacopei, quod prò varia sachari conditione, variari debet eiusdem coctura, proùt enim sacharum faciliùs, & citiùs candiri potest, nàm tunc minùs accedere, debemus, ad cocturam manus Christi; quod si non adeò facilè sacharum candiri, possit, propiùs accedendum est ad cocturam manus Christi, ideòque diximus in pręparatione conservæ Rosarum coquendum esse ad cocturam, quasi manus Christi.

Conserva Cynosbati.

N. 2. *R. Fructuum Cynorrhodon maturorum, apertorum, & à seminibus mundatorum lib. 1. irrorentur vino albo, contundantur in mortareo marmoreo, & per cribrum in versum traiciantur, pulpa cum sachari lib. ij, misceatur, coquatur igne lento, & f. Conserva.*

Conserva Hederæ terrestris composita.

N. 3. *R. Foliorum Hederæ terrestris, Rutæ an. unc. 1. s.,*

Rapha-

Raphani un. I., radicum Angelicæ, Levistici an. drach. vj. sachari albi lib. I. unc. iv. s. Ex his incisis, & contusis fiat conserva, quę si aridior evaserit, succo Citri, aut limonum, adiecto ad sufficientem quantitatem, redigatur ad moliorem consistentiam.

Conserva Capillorum Veneris.

N. 4. R. *Foliorum Capillorum Veneris recentium lib. I., à parte lignosa, & capillari hæc folia, ac quacumque trunci portione duriori, separentur, & sint ad pondus I. librę, deindè contundantur in mortareo marmoreo, donec reducantur in pastam, cui superaffundatur sacharum ad lib. ij, & rursùs omnia simul contundantur, & agitentur, ut intimè sacharum cum folijs contusis uniatur, & si opus fuerit prò conciliandа ijsdem convenienti consistentia, addatur syrupi Capillorum Veneris sufficiens portio.*

Rotulæ ex Sale prunelle, cum sacharo.

N.5. R. *Gummi Tragacanthi drach. ij, infundantur in aqua violarum q. s., & tandiù stent in infusione usquequò gumma intumescat, & plurimam imbiberit humiditatem, postea gumma in mortareo marmoreo reponatur, & pistillo ligneo contundatur, ipsis contusis, addatur salis pruuellę pulverizati unc. I., & superaffundatur aquæ violarum tanta quantitas, quę sufficiat ad conciliandam fluiditatem sali prunellæ, & gummatis iam commixtis, quibus dissolutis, & fluidioribus redditis, addantur sachari fini polverizati lib. ii, & omnia simul agitando, & contundendo, reducantur ad formam pastę, ex qua rotulæ commodè fieri possint.*

Rotulæ ex China Chinæ.

N. 6. R. *Sachari fini lib. s., dissoluatur in aqua distillata ex succo Absinthii, vel Centaureę, & buliant ad consistentiam manus Christi, tunc removeantur ab igne, et infundantur extracti febrifugi Corticis Peruviani drach. ii, quod extractum tamèn priùs debet, esse dissolutum in pauca quantitate aquæ Absinthij, vel Centaureę, quibus commixtis, addatur statìm Cinamomi electi subtilissimè pulverizati drach. I., omniaque simul diutius agitentur, donec reducantur ad formam pulmenti, itaút optimè rotulæ fieri possint.*

Alij

Alii alijs diversis modis preparant huiusmodi rotulas, miscendo scilicèt corticem pulverizatum sacharo, iàm cocto, loco extracti, qui modus a nobis non approbatur; nàm ingratæ admodùm sunt, & ægris nauseabundæ rotulæ sic preparate.

Rotulæ pectorales albæ D. A Minsicht.

N. 7. *R. Specierum Diatragachanti frigidi, specierum Dicineos simplicis an. unc. s., lactis sulphuris drach. ii, Benzuin. drach. i., olei Fæniculi stilatitii scrup. i., sachari albissimi in lacte seminum papaveris albi, cum acqua violarum extracti, dissoluti unc. xvi., & omnibus simul commixtis f. rotule s. a.*

Manus Christi perlati.

N. 8. *Huiusmodi manus Christi perlati componuntur eodem modo, ac manus Christi simplices, solummodò facta additione Margaritarum præparatarum ad pondus scrup. ii prò qualibet uncia sachari. Quæ dosis observari debet in preparatione quarumcumque Tabellarum, vel rotularum, quæ in sua compositione pulveres admittunt, dummodò tamèn alitèr non ordinetur à Medico.*

Rotulæ ad Gonoream non virulentam.

N. 9. R. *Seminum Plantaginis, Agni casti, Papaveris albi, Rutæ; Mirtillorum, Hyosciami, Rosarum rubr., Mente sicce, Corallorum rubr. præparatorum an. drach. ii, fiat omnium pulvis subtilissimus, & cum sachari optimi unc. viij., & mucilagine gummi Tragachanti q. s. fiat pasta, ex qua rotule.*

ROTULÆ AD GONOREAM

Contumacem, & virulentam.

N. *R.* 10. *Ligni sancti limati, corticum eiusdem, Salsæ parille electæ an. scrup. iv, suberi drach. i. s., Coriandrorum prepar., Cinamomi electi, Rosarum rubr., Cornu Cervi preparati, Rasure Eburis, dentis Apri præparati an. drach. s., succini præparati, Corallorum rubr. prepar. an. drach. s., misceantur*

 omnia,

omnia, & subtilissimè pulverizentur, deindè cum lib. 1. sachari fini, in aqua lactucæ dissoluti f. rotulæ s. a.

Morsuli Antiphtisici.

N. 11. R. *Amigdalas dulces mundatas, seminum quattuor frigid. maior. excortic: drach. vi., seminum papaveri albi drach. ij, seminum urticę, bombacis an. scrup. iv, terrantur in mortareo lapideo, & affusa aquæ pulmonariæ sufficienti quantitate, fiat emulsio, cum qua dissolvantur sachari albi unc. vi., deindè adde conservæ Rosarum unc. vi., Violarum unc. s., specier: Diatragachant: frigid., & Diarodonis Abbatis an. scrup. ij, Corallorum rubeorum prępar at: scrup. ij, lactis sulphuris drach. 1., omnia simul commixta ad ignem blandum misceantur, posteà ab igne remota ipsis instilentur olei Cinamomi gut. viij., & fiat confectio in morsulis, quorum pondus sit ad drach. iij circiter.*
Quibus prò divitibus addi possunt (si iubeat tamèn Medicus) Magisterij perlarum scrip. 1.

Morsuli ex Ordeo.

N. 12. R. *Pulpę ordei s. a. extractę lib. iv, Sachari fini pulverizati lib. vj., coquantur ad ignem semper pistillo ligneo agitando, ne materia adhæreat fundo vasis, & comburatur, ac coquantur, donèc aquirant consistentiam pastæ, quod explorare, poterit Pharmacopeus, si accipiat identidem exiguam portionem mixturæ suprà spatulam ligneam, illamque cultro agitet, donèc frigescat; tùnc ab igne remota mediante continua agitatione tota materia ad consistentiam pastæ reducatur.*

Ideò hic posuimus modum componendi morsellos ex ordeo, quia improbamus illos, qui morsellos huiusmodi componunt cum farina ordei, & sacharo, à quo pręparationis modo debent, se imposterùm abstinere Pharmacopei.

Tabellæ de Althea simplices, seù Papales.

N. 13. R. *Pulpæ radicis Altheæ recenter extractę unc. iv, sachari albi in aqua rosarum soluti, & cocti lib. 1. Misceantur omnia ad ignem, & coquantur s. a., fiant tabellæ quibus prò arbitrio Medici, diversę pulveres addi possunt.*

Looch

Looch de pulmone Vulpis.


N. 13. R. *Pulmonis Vulpis exsiccati, Glyzirizę, seminum fœniculi, annisorum, adianti albi an. unc. I., pulverizentur omnia subtiliter, & cum unc. xv. sachari priùs clarificati, & ad cocturam mellis redacti, misceantur, & ad formam molioris Eclegmatis reducantur, quandò maiori extersione opus est sacharo mel substitui potest; meliùs tamèn est, quod cum sacharo sit præparatum.*

Looch, seù Electuarium pectorale.

N. 14. R. *Sachari albissimi lib. I. dissoluatur aqua violarum, clarificetur, & coquatur ad consistentiam consuetam prò conficiendis electuariis, tunc removeatur ab igne, & agitetur spatula lignea, donec aquirat consistentiam electuarij, interìm addantur Amyli unc. ii, specierum Diatragachanti frigid: unc. I., & rursùs agitetur ad perfectam usque omnium miscelam, & reposita in vase proprio serventur ad usum.*

Quoniam autèm in vase reposito subsident in fundo vasis pulveres; ideò quandò dispensari, debet, necesse est priùs, illud spatula commovere, & procurare, quod rursùs intimè misceantur pulveres cum electuario; quod si aliquam duritiem aquisiverit, & magìs, quam opus sit, densum factum fuerit, vel syrupo de Althea est diluendum, vel aqua violarum.

Alij procedunt alio modo in præparatione huiusce electuarij, dissolvunt Tragachantum in aqua farfarę, deindè in mortareo marmoreo contundunt, donec aquirat consistentiam mucilaginis, tunc eidem immiscent sachari albissimi pulverizati lib. I., amyli pulverizati unc. iiij, & facta s. a. pasta, illam exsicant, & in pulverem reducunt, aliquam posteà portionem huiusce pulveris dissolvunt cum aqua farfaræ, vel violarum, & conficiunt electuarium. Sequantur Pharmacopei vel unam, vel alteram huiusmodi compositionum, utramque enim approbamus.



CLASSIS DVODECIMA, ET ULTIMA.

DE MEDICAMENTIS CHYMICIS

Crocus Martis aperitiuus.

ACcipiantur laminæ ferreę, optimè abluantur aqua (laudarem, quod hęc ablutio fieret aqua Capillorum Veneris) postea exponantur rori per longum tempus, donèc scilicèt ærugine cooperiantur, tunc colligitur ærugo, & laminæ denuò exponuntur, & ærugo, quę apparebit, pariter colligitur, hoc sępiùs repetatur, donèc ęruginis sufficiens quantitas collecta fuerit, est enim hęc ærugo crocus Martis aperitiuus.

Alij non laminas ferreas, sed ferri limaturam reponunt in vase terreo, non vitreato, illam pluviæ exponunt, donec pulmentum evadat, tunc reponunt ad umbram in loco sicco, ut ærugine cooperiatur: tunc pulverizatur pasta, & denuò pluviæ exponatur, donec ęrugo rursùs appareat, & hæc operatio sępiùs est repetenda, saltem per XII. vices, itàut tota materia facta sit ęruginosa, tunc pulverizatur, & ad usum servatur, & est crocus Martis aperitiuus.

Crocus Martis adstringens.

Accipiatur Crocus Martis aperitiuus, iàm descriptus, abluatur per quinque, vel sex vices in aceto acerrimo, & qualibet vice stet infusus per horam in ipso aceto, posteà calcinetur in vase terreo valido igne per horas v., vel vj., removeatur deindè ab igne, & refrigeratum reponatur ad usum.

Tartarum Martiatum.

R. Vitrioli, vel salis Martis unc. ʃ., Cremoris Tartari unc. iij: ponantur supra porfidum, & cum succo Acetosæ incorporentur, & macinentur, itaut pulmentum ex ipsis conficiatur, posteà super cartam extendatur, & ad solem, vel in loco calido exsicetur, & in vase vitreo positum servetur ad usum.

TABULA

TABULA TERTIA

In qua continentur.

Indices omnium medicamentorum, quæ à Pharmacopeis Ferrarienſibus preparari, debent, atque componi, & in eorum Pharmacopolijs compoſita, & preparata retineri, & aſſervari.

INDEX I.

Syruporum tùm ſimplicium, tùm compoſitorum.

Syrupus de Abſcinthio
de Acetoſitate Citri
de Acetoſitate Limonum
Acetoſus ſimplex
Oximel ſimplex
Scilliticum
Syrupus de Althea ſimplex
de Althea Fernelij
de Arthemiſia
de Capillo Veneris
de China Chinę
de Cicorea cum Rhabarbaro.
de Corticibus Citri
de Diamoron
de Eriſimo
de Helenio Augenij
Iujubinus
de Hiſopo
Myrtinus
de Nimphea
de Papavere albo
de Papavere erratico
de Polypodio
de quinque radicibus
de duabus radicibus
Syrupus Roſatus aureus
Roſatus ſolutivus
de Roſis ſiccis
Mel Roſatum ſimplex
Mel Roſatum ſolutivum.
Syrupus de Symphito
Syrupus Violatus ſimplex
Violatus ceruleus.

INDEX II.

Electuariorum, Confectionum, & Opiatorum

Electuarium Benedictum Saxativum.
Cariocoſtinum
Diacatholicon
Diaprunis ſolutivum
Lenitiuum
Roſatum Meſuè
de ſucco Roſarum
Confectio Alkermes
Hiacinthina

Diaſ-

INDEX III.

Pilularum.

INDEX IV.

Trochiscorum.

INDEX V.

Specierum, Pulverum, Tragearum.

INDEX VI.

In quo notantur extracta, Magisteria, Tincturæ.

Magi-

INDEX VII.

In quo notantur Sales, Spiritus, & Elixires.

INDEX VIII.

In quo continentur omnes Aquę, quæ prętor communes aquas distillatas usuales, prostare, debent in Pharmacopolijs, & primò.

Sca-

INDEX IX.

In quo notantur omnia olea per infusionem, & coctionem, tùm etiam per expressionem facta, tum etiam distillata sivè per assensum, sivè per descensum, quę in Pharmacopolijs prostare, debent.

Cina-

Cinamomi
Cariophilorum
Buxi
Ligni Guaiaci
Succini
Terebinthinę
de Lateribus

INDEX X.

In quo notantur omnia Unguenta, Emplastra, & Cerata, quæ prostare, debent in pharmacopolijs Ferrariæ.

Unguentum Alabastrinum
Album simplex
Album Camphoratum
de Althea simplex
de Althea cum gummis
Apostolorum
Basilicon
de Bethonica
de Calce
de Comityssa
Digestiuum
Ægyptiacum
de Minio
Mollitivum
Pectorale
de Plumbo
Populeon
Resinum
Magistrale prò scabie
Rosatum simplex
Expertum
Malvinum
Sambucinum
Sandalinum
de Tutia

Emplastra sunt
Emplastrum de Bacchis Lauri
de Cassia cum nido Hirundinum
de Meliloto
de Palmulis Galeni

Cerata sunt
Ceratum Barbarum
de Bethonica
Capitale Montagnanę
de Cicuta Hildani
Ceratum Oxicroceum
Pro fracturis Io: de Vigo
Prò crepatis
Dyachilon cum gummis
simplex
cum adipibus
Diapalma
Ceratum de Minio Camphoratum
de Ranis cum Mercurio
Magistrale prò renibus
Prò dolore Ischiadico sanvitalis
de Pelle Arietina
Stypticum Crollij
Viperinum.

INDEX XI.

In quo continentur Conservę, quas pręparare, & pręparatas habere, debent Pharmacopei, utpotè quę magis usuales sunt.

Conserva Rosarum rubearum
Rosarum Damascen. solut.

 Flo-

Florum Persici
Bethonicæ
Roris Marini
Peoniæ
Florum Tilliæ
Florum Paralysis
Florum Nimpheę
Florum Malvarum
Liliorum Convalium
Florum Boraginis
Totius Citri
Summitatum Abscinthij
Radicis consolidæ
Looch sanum, & expertũ
Looch de farfara
Rotulæ ex sale prunellæ
Rotulæ ex China Chinæ
Rotulæ Violatæ
Rotulæ Diacodion.

INDEX XIJ.

Quorundam remediorum, quæ è Chimicorum laboratorijs peti solent, ex diversis mineralibus, atque metallis arte chimica elaborata, & sunt ea, quę potissimum habere, debent parata Pharmacopei

Ex Marte

Magisterium Martis Minsicht
Tintura martis
Sal martis
Mars sulphure pręparatum
Crocus Martis aperitivus
Crocus Martis adstringens

Ex Antimonio

Stibium Diaphoreticum
Antimonium Hyacinthinum

Ex Mercurio

Mercurius dulcis
Mercurius sublimatus
Mercurius præcipitatus

Ex Vitriolo

Vitriolum rubificatum
Spiritus Vitrioli


Ex Tartaro

Pariter præparata habere, debent, in suis officinis.

Tartarum solubile
Sal Tartari
Tartarum Vitriolatum
Spiritum Tartari
Oleum Tartari
Tartarum martiatum

Ex sulphure

Butyrum Sulphuris
Oleum Sulphuris
Spiritum Sulphuris
Flores Sulphuris
Balsamum Sulphuris.



TABULA

TABULA QVARTA

In qua notantur omnia pondera, & Mensuræ quæ apud Ferrarienses Pharmacopeos in usù esse, debent.

Series Ponderum, quæ in Pharmacopolijs apud Ferrarienses retineri, debent.

GRANUM	Bracteolę scilicèt, quæ æquent Pondus grani tritici, vel Piperis albi
Semigranum	
Quartarium grani	
SCRVPVLUS	qui pendeat grana 24.
Semiscrupulus,	qui obulus etiam dicitur, & pendeat grana XII.
Siliqua	sextarium scrupuli pendeat grana 4.
DRACHMA,	quæ & Denarium dicitur, pendeat scrup. 3., obulos 6., siliquas 18., grana 72.
Semidrachma,	quę pendeat scrupulum unum, & semis, obulos tres, siliquas 9., grana 36.
UNCIA,	quæ pendeat drach. 8., scrup. 24., obulos 48., siliquas 144., grana 576.
Semiuncia,	quæ pendeat Drachmas 4. scrup. 12., obulos 24., siliquas 72., grana 288.
Quadrans,	quod pendeat drachmas 2., scrupulos 6., Obulos 16., siliquas 36., grana 144.

LIBRA,	quæ pendeat uncias 12., drachmas 96., ſcrup. 288., obul. 576. ſiliqu: 1728. grana 6912.
Semilibra,	quæ pendeat uncias 6. drachmas 48. ſcrup. 144., obulos 288., ſiliquas 864., grana 3456.
Quadrans,	quod pendeat uncias 3., drachmas 24., ſcrupulos 72., obulos 144. ſiliquas 432. grana 1728.
Sextarium,	quod pendeat uncias duas, drachmas 16., ſcrupulos 48. obulos 96., ſiliquas 288., grana 1142.
Triens,	quod pendeat uncias 4., drachmas 32., ſcrupulos 96., obulos 192., ſiliquas 576., grana 2296.

Menſuras, quod atinet, aliæ ſunt liquidorum, aliæ aridorum, menſura liquidorum minima eſt.

Ligula alijs	Cochlear		
	Cyathus continet	Cochlearia	iiij.
Concha etiam dicitur	Semicyathus	Cochlearia	ij.
	Quartarium	Cyathos	iiij.
Semiſextarius alijs dicitur	Hemina	Quartaria	ij.
Cotila etiam dicitur.	Sextarius	Heminas	ij.
	Congius	Sextarios	vj.
	Urna	Congios	iiij.
	Amphora	Urnas	ij.

Congius Romanus, erat octava pars Amphoræ, capiebat ſextarios Romanos ſex, & pendebat libras romanas olei ix., Vini x. mellis xIII.

Menſura aridorum minima, eſt

	Cochlear, vel ligula	
	Cyathus continet	Cochlearia iiij.
Acceptabulum etiam dicitur	Semicyathus	Cochlearia ij.
	Seſquicyathus	Cyathum unum cum dimidio

Hemina

Hemina	Acceptabula	vj.
Sextarius	Heminas	ij.
Congius	Sextarios	vj.
Bicongius	Sextarios	xij.
Tricongius	Sextarios	xviij.
Urna	Congios	iiij.
Amphora	Urnas	ij.
Culeus	Amphoras	xx.

Huiuſmodi menſuras, ſivè ſint aridorum, ſivè liquidorum non tenentur Pharmacopei retinere, ſufficit, quod habeant.

	Cochear, quod contineat drachmas	vj.
	Cyathum, qui contineat uncias	iij.
Semilibra	Quartarium, quod contineat uncias	vj.
Libra	Heminam, quæ contineat uncias	xij.

Occurrunt quandoque apud Auctores Pondera, & Menſuræ, non omnibus notæ, neque omnibus obuiæ.

Aureus Arabum, qui idem cum Denario Romano, pendebat ſcrupulos iiij.

Sicilicus pendebat drachmas ij, ſeù ſcrupulos vj.

ità pariter & ſextula pendebat ſcrupulos iiij.

Duella pendebat ſcrupulos viij.

Bes, ſeù Beſſis pendebat uncias viij.

As, vel Aſſis pendebat uncias xij. idem cum libra.

Pinta eſt menſura liquidorum apud Pariſienſes, quæ iuxtà D. Lemmerì pendet aquæ uncias xxxiij., iuxtà D. Charas uncias xxij.



Oppor-

Opportunum duxi, hic tradere ponderum diſtributionem ex mente Antiquorum prò ut notat Albertus Quattrocchius Medicus Venetus in ſuo tractatù,

De Officinę Pharmaceuticæ veris, & legitimis antiquorum ponderibus;

Diviſio ponderum ex mente antiquorum

Libram conſtare	Uncijs	12.
	Denarijs, Drachmis	96.
	Scrupulis	288.
	Obolis	576.
	Siliquis	1728.
	Granis	6912.
Unciam conſtare	Denarijs, Drachmis	8.
	Scrupulis	24.
	Obolis	48.
	Siliquis	144.
	Granis	576.
Denarium, vel Drachmam ſub ſe continere	Scrupulos	3.
	Obolos	6.
	Siliquas	18.
	Grana	72.
Scrupulum conſtituere	Obolos	2.
	Siliquas	6.
	Grana	24.
Obolum componi ex	Siliquis	3.
	Granis	12.
Siliquam conſtitui ex	Granis	4.

MEN-

Menfurę Romanorum ordine Compofitivo Diftributæ.

Cochlear										
Ex 4 fit	Ligula 1									
16	4	Ciathus 1								
24	6	$1\frac{1}{2}$	Acetabulum 1							
48	12	3	2	Quartar. 1						
98	24	6	4	2	Hemina 1					
192	48	12	8	4	2	Sextar. 1				
1152	288	72	48	24	12	6	Congius 1		Quadrantal	
4608	1152	288	192	96	48	24	4	Urna 1		
9216	2304	576	384	192	96	48	8	2	Amphora 1	
184320	46080	11520	7680	3840	1920	960	160	40	20	Culeus

CATHALOGUS

Omnium Medicamentorum, quorum compoſitionem reformare, neceßarium duximus, quorumque receptæ reformatæ traduntur.

TABULA PRIMA

In Claße Syruporum.

1. Syrupus de Abſcinthio ſimplex reformatus
2. Oximel de Abſcinthio noſtræ deſcriptionis
3. Syrupus Acetoſus ſimplex reformatus
4. Syrupus de acetoſitate Citri reformatus
5. Syrupus de Althea Fernellij reformatus
6. Syrupus de Althemiſia reformatus
7. Syrupus de Cicorea cum Rhabarbaro reformatus
8. Syrupus Capillorum Veneris reformatus
9. Syrupus de Epithimo reformatus
10. Syrupus de Polipodio reformatus.

In Claße Electuariorum.

1. Electuarium benedictum laxativum reformatum
2. Electuarium Diacatholicon reformatum
3. Electuarium de prunis ſimplex, & ſolutivum reformatum
4. Electuarium roſatum Meſuè reformatum

In Claſſe Pilularum.

1. Pilulę Cochię reformatæ
2. Pilulæ de Nitro reformatæ
3. Pilulæ de Succino Cratonis.

IN CLASSE QVARTA

DE TROCHISCIS.

1. Trochiſci de Terra ſigillata reformati.

IN

IN CLASSE QVINTA.

De Speciebus, Pulveribus, & Trageis.

1. Species Diarrodon Abbatis reformatæ.
2. Specis Diatrion Santalon reformatæ.
3. Species Lytontripticæ reformatæ.

IN CLASSE SEXTA

De Extractis, Magisterijs, & Tincturis.

IN CLASSE SEPTIMA

De Salibus, & Spiritibus.

IN CLASSE OCTAVA

De Aquis.

IN CLASSE NONA.

De Oleis, & Balsamis.

1. Oleum Castorei reformatum.

IN CLASSE DECIMA

De Unguentis, Ceratis, & Emplastris.

1. Unguentum de Comitissa reformatum.
2. Emplastrum de Meliloto reformatum.

IN CLASSE UNDECIMA

De Conservis, Gelatinis, Looch, Rotulis, & Morsellis.

1. Looch sanum, & expertum reformatum.

IN CLASSE DVODECIMA

De remedijs, quæ e Chimicorum laboratorijs peti solent.

CATHALOGUS

Illorum medicamentorum, in quorum compositione, & præparatione omnes Pharmacopei debent esse uniformes, & quorum receptæ, seù præparandi formulæ traduntur

TABULA SECVNDA.

PRIMA CLASSIS.

Est de Syrupis, Potionibus, & Iulappijs.

1. Potio ex Cassia clarificata
2. Potio solutiva ex Cassia clarificata
3. Ptissana solutiva
4. Potio ex Manna
5. Potio Magistralis solutiva Medicorum Ferrariensium
6. Aqua Angelica
7. Syrupus Antiastmaticus D. d' Aquin
8. Syrupus Antiscorbuticus eiusdem
9. Syrupus Antiepilepticus Quercetani.
10. Syrupus de Chalibe D. d' Aquin
11. Syrupus Cacheticus Fernellij.
12. Syrupus Corallorum Quercetani
13. Syrupus Corallorum Officinarum
14. Syrupus de China Chinæ.
15. Syrupus prò Epilepsia puerorum
16. Syrupus de Elennio Oratij Augenij
17. Syrupus de Erisymo Lobellij
18. Syrupus de Lacca
19. Syrupus rosatus aureus
20. Syrupus violatus ceruleus
21. Syrupus de Terebintina
22. Iulappium gemmatum
23. Iulappium perlatum
24. Iulappium de contraierva.

SECVN-

SECUNDA CLASSIS

De Electuarijs, Confectionibus, & Opiatis.

25. Electuarium diascordium Fracastorij
26. Electuarium lenitivum
27. Electuarium de Chalibe
28. Electuarium Cariocostinum
29. Electuarium de Cassia Donzelli
30. Confectio Alchermes
31. Confectio Hiacinti
32. Mithridatum
33. Theriaca magna, seù Theriaca Andromachi
34. Theriaca Diathessaron
35. Philonium romanum
36. Philonium persicum Mesuè
37. Laudanum opiatum
28. Triphera magna
39. Pasfulę solutivæ prò pauperibus
40. Electuarum ad laxandam alvum, maximè in podagrosis
41. Passulę solutivæ prò nobilibus, & delicatis.

TERZIA CLASSIS

De Pilulis.

42. Pilulæ de Aloè rosata
43. Pilulæ de Amoniaco Quercetani
44. Pilulæ de Amoniaco nostræ descriptionis
45. Pilulę aureę
46. Pilulæ lucis minores
47. Pilulæ Gelli
48. Pilulæ Ruffi
49. Pilulæ ad gonoream D. Charaz
50. Pilulę ad gonoream Donzelli
51. Pilulæ Histericæ D. Charaz
52. Pilulæ Mesentericæ D. d'Aquin
53. Pilulę Helvetij
54. Pilulę de Cynoglossa
55. Pilulæ Mercuriales ad gonoream

QVARTA CLASSIS

De Trochiscis.

56. Trochisci de Myrrha
57. Trochisci de Carabe
58. Pastilli Hispanici
59. Trochisci Alchechengi
60. Trochisci de Gallia moscata
61. Trochisci Aliptæ moscatæ
62. Trochisci de Calcę ad dolorem dentium
63. Pastilli anthietici Excellentissimi Benetti.
64. Collirium Citrinum Mesue
65. Collirium Umidum di Barbete

QVINTA CLASSIS

De Pulveribus, Speciebus, & Trageis.

66. Species Diamargariton frigidæ
67. Species Haly
68. Species cordiales temperatę sinè gemmis
69. Species cordiales prò Epithemate
70. Species litontriptice
71. Species Triasandalorum
72. Pulvis Hermodatilatus
73. Puluis ad tussim puerorum
74. Pulvis Guttetę
75. Species Diatragachant: frigidæ
76. Species Elescoph, seù Episcopi
77. Specis Diassenæ
78. Species lætificantes Rhasis
79. Species Diapenthes
80. Pulvis Sarcoticus.

SEXTA CLASSIS

De Extractis, Magisterijs, & Tincturis.

81. Tinctura Corallorum
82. Tinctura de Carabe
83. Extractum Martis prò compositione Pilularum Gelli.

84. Tin-

84. Tinctura Martis
85. Tinctura Martis tartarizata
86. Tinctura ſimplicior noſtra
87. Tinctura Martis Mynſicht
88. Laudanum liquidum D. Sydenam
89. Tinctura ſolutiva Excellentiſſimi Lanzoni
90. Roſolium ſolutivum.

SEPTIMA CLASSIS

De Salibus, Spiritibus, Elixiris.

91. Elixir proprietatis Paracelſi
92. Elixir peſtilentiale Crollij.

OCTAVA CLASSIS

De Aquis.

93. Aqua Aluminoſa Faloppij
94. Aqua viridis Sennerti
95. Aqua Epileptica Langij
96. Aqua Epileptica puerorum
97. Aqua Hirundinum
98. Aqua Hiſterica Quercetani
99. Aqua cordialis Saxoniæ
100. Aqua cordis Vituli
101. Aqua ſcordei compoſita
102. Aqua ad ſputum ſanguinis
103. Aqua Theriacalis
104. Aqua Cinamomi
105. Aqua conforata ad ruborem faciei
106. Aqua Ophtalmica de Cancris
107. Aqua antiphtiſica
108. Aqua ophtalmica Timei
109. Aqua Antinefritica
110. Aqua ad calculum D. March. Onuphrij Bevilaquæ.
111. Aqua ſtyptica D. la Faeur
112. Aqua ſtyptica D. Lemmeri
113. Aqua ſtyptica Londinenſis
114. Aqua Ophtalmica
115. Aqua ſcordei compoſita.

NONA

NONA CLASSIS

De Oleis, Balsamis, & Linimentis.

116. Oleum Scorpionum Mathioli
117. Oleum Antipleuriticum
118. Oleum de lateribus.
119. Unctio Aetij prò peticulis
120. Linimentum ad defluvium Capillorum
121. Oleum Abacuch
122. Oleum de Carabe distillatum
123. Oleum vulnerarium, vulgò dictum della Spagnola
124. Oleum Capparorum magistrale
125. Oleum Histricis, seù di Riccio
126. Oleum de Euforbio simplex
127. Oleum de Euforbio compositum
128. Oleum Principis Bozuli prò crepatis
129. Balsamum Cinamomi
130. Balsamum Apostolorum, seù Balsamo d'Este
131. Balsamum Samaritanum
132. Balsamum Vulnerarium Arcei
133. Balsamum Hypnoticum, seù soporiferum
134. Balsamum Apopleticum
135. Balsamum sulphuris Rolandi
136. Balsamum Prevotij
137. Balsamum Innocentij XI.

DECIMA CLASSIS

De Unguentis, Ceratis, & Emplastris.

138. Ceratum Barbarum
139. Ceratum capitale Montagnane
140. Ceratum ad Hernias Paracelsi
141. Ceratum prò crepatis
142. Ceratum de pelle Arietina
143. Ceratum de pelle Anguillæ
144. Ceratum de ranis cum Mercurio
145. Ceratum Stypticum Crollij
146. Ceratum Sanvitalis
147. Ceratum Viperinum
148. Ceratum prò fracturis Ioannis de Vigo.

149. Ce-

149. Ceratum de Cicuta
150. Ceratum oxicroceon
151. Ceratum prò Splene
152. Ceratum ſtomaticum
153. Emplaſtrum de Palmulis Galleni
154. Ceratum diaphoreticum Minſicht
155. Emplaſtrum de Bachis Lauri
156. Ceratum Iſchiadicum Comitis Sanvitalis
157. Emplaſtrum prò Splene
158. Emplaſtrum de Caſſia cum nido Hirundinum
159. Emplaſtrum ad retinendum fętum
160. Unguentum album
161. Unguentum digeſtivum commune
162. Unguentum Apoſtolorum
163. Unguentum de Althea compoſitum
164. Unguentum Populneon
165. Unguentum ſambucinum
166. Unguentum ad ſcabiem
167. Unguentum aliud ad ſcabiem
168. Unguentum Ægyptiacum
169 Unguentum ſpleneticum
170. Veſcicans ſine cantharidibus
171. Ceratum Veſcicans ſine cantharidibus
172. Veſcicans cum cantharidibus
173. Ceratum Veſcicans cum cantharidibus
174. Unguentum ad Hemoroidas Excellentiſſimi Lanzoni

UNDECIMA CLASSIS

De Conſervis, Looch, Rhoob, Rotulis, Tabellis, & Morſellis.

175. Conſerva Roſarum
176. Conſerva Hederæ terreſtris compoſita
177. Conſerva Capillorum Veneris
178. Conſerva Cynosbati
179. Looch de pulmone Vulpis
180. Looch ſanum, & expertum
181. Rotulæ de ſale prunellæ cum ſaccharo
182. Rotulæ de China Chinæ
183. Manus Chriſti ſimplices

184. Ma-

184. Manus Chriſti perlati
185. Rotulæ ad gonorream non virulentam
186. Rotulæ ad gonorream contumacem, & virulentam
187. Rotulæ antiphtiſicæ
188. Tabellæ Papales
189. Morſuli ad Ptiſim
190. Morſuli ex Hordeo
191. Morſuli dē Citro
192. Morſuli confortantes
193. Rotulę pectorales albę D. A. Minſicht
194. Looch de pulmone Vulpis
195. Looch, ſeù electuarium pectorale.

Duodecima, & Ultima Claſſis

De medicamentis, è Chimicorum laboratorijs, quæſitis.

196. Magiſterium Martis A. Mynſicht
197. Crocus Martis aperitivus
198. Crocus Martis adſtringens
199. Tinctura Martis
200. Tartarus Martiatus
201. Tinctura Martis tartarizata.

ADDITIO RERVM RELICTARUM.

Emplaſtrum de Caſſia cum nido Hirundinum.

R. Pulpę Caſſiæ recenter tractę unc. ij. Nidi Hirundinum unc. j. miſceantur, & cum ſucco Violariæ f. Emplaſtrum.

Ad compoſitionem huiuſce emplaſtri utuntur nonnulli oleo Violato ſimplici, alij oleo amigdalarum dulcium. Placet, quod utantur ſucco Violarię; melius eſſe uti ſucco Violarum; ſed cum ſemper in promptù eſſe non poſſit, utantur Pharmacopei ſucco Violarię.

Reprębendit Medicos Mercurialis, ex eo, quod ſupponant nidum Hirundinum Anginæ ſuccurrere, nullamque vim ſpecificam eidem ineſſe ait, per quam anginoſis ſuccurrere poſſit, quę potiùs in ipſa admittenda eidem videtur, ſed experientiæ conſtat nidum hirundinum anginoſis auxilio eſſe, plurimo enim ſale Volatili ſaturantur ab excrementis pullorum hirundinum, undè vim reſolvendi, ac diſcutiendi habet, ideoque anginoſis auxilio eſt.

Proponit Offmanus in ſua Pharmacopea Medicochymica emplaſtrum ex Caſſia ad leniendos dolores in Arthritide, ſummæ efficaciæ, ſequenti modo pręparatur.

R. Pulpæ Caſſiæ unc. ſ. farinæ Ordei, fabarum an. drach. iij, ſucci apij, Cydoniorum an: drach. vj. Santal. rubeor. unc. ſ. Olei Violati, Roſati, Nimpheę an. q. ſ. miſce f. Cataplaſma.

F I N I S.